




AGRIPPA VON NETTESHEIM, HEINRICH
CORNELIUS

Orationes X.

Ejusdem de duplice coronatione Caroli V.
Caesaris apud Bononiam historiola. Ejusdem ac
aliorum doctorum virorum epigrammata

Ioannes Soter excudebat Soter, Johannes
Coloniae
1535

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

I
145937

Friندruck

E.S.



HENRI

CI CORNELII AGRIPPAE, AR-

matæ militiae equitis aurati, utriusque iuris do-

ctoris, Sacræ CÆSAREÆ Maie-

statis à consilijs & archiuis indi-

ciarij Orationes X. quo-

rum catalogum uersa ex-

hibebit pagella.



Eiusdem de duplice coronatione CAROLI

V. Cæsaris apud Bononiam, historiola.

Eiusdem, ac aliorum doctorum uiro-

rum epigrammata.



Ioannes Soter excudebat Coloniæ, Anno à Chri-

stonato. M. D. XXXV.

S O O R A T I O N V M
Q V A E H O C L I B E L L O C O N -
tinentur, catalogus.

- I. In prælectionem Conuiuij Platonis.
- II. In prælectionem Hermetis Trismegisti, de po-
testate & sapientia dei.
- III. Pro quodam doctorando.
- III. Ad Metensium dominos, cum in illorum aduo-
catum, syndicum & oratorem acceptar-
etur.
- V. Ad senatum Lucēburgiorum, pro dominis suis
Metensibus habita.
- VI. In salutatione cuiusdam principis & episcopi
pro dominis Metensibus scripta.
- VII. In salutatione cuiusdam magnifici uiri pro do-
minus Metensibus scripta.
- VIII. Per quendam affinem suum Carmelitanum, sa-
cræ theologiæ baccalaureum formatum, in
acceptione Regentiæ, Parisiis habita.
- IX. Pro filio Christierni, serenissimi Dacie, Nor-
uegiae & Suetiæ regis, &c. in aduentu Cæ-
saris habita.
- X. In funere D. Margaretæ Austriacorū & Bur-
gundionum principis habita.

H E N

H E N R I

CI CORNELII AGRIPPAE
Oratio in Praelectionem Coniuuij
PLATONIS.



I QVID EST VSPIAM
in natura humana magnipendens
dum (Candidissimi auditores) per-
petuam nobis quod uoluptatem pa-
riat, unum hoc & omne, nihilque ali-
ud constat esse, quam (si saltem unico uerbo effari pos-
sim) Amorem, quo nihil sublimius, nihil præcellentius,
nihil expetibilius inueniri potest quicquam. Omnia no-
stra felicitate gaudebunt, omnia nostra terminabuntur
in bonum, si hic solus nobis præstos sit amor. Hic cui
adest, nihil prorsus deesse potest, tanta eius potentia,
tanta sublimitas, tanta gloria. Qui hunc repudiat, nul-
lus existit. Iccirco de amore tamquam de uirtutum omnium
summo apice maximeque expetendo, hic disserere coesti
tui, & quid de illo olim didicerim & expertus fuerim,
narrare. Deinde, quid diuinus ille Plato in suo Coniuicio
de Amore scriptum reliquit, per ordinem uobis præle-
gere & exponere decreui. Huius autem sermonis causam
& autorem eundem ipsum Amorem existimat:
Amoris namque fulgoribus ego accensus, Amorem uobis
prædicto. Absint autem hac ueneranda lectione, quicun-
que terrenis obuoluti sordibus, Baccho atque illi horto-
rum deo mancipati, Amorem ipsum diuinum munus.

A ij porca

HEN. COR. AGRIP.

pororum atque canum ritu in lutum prosterunt. Vos autem uiri castissimi Dianaë Palladiq; sacri adeste feliciter, diuinumq; mysterium diligenter audite: et ut uos Orphei ad Musæum carminibus alloquar:

Vos qui uirtutem colitis, uos ad mea tantum
Dicta aures adhibete, animosq; intendite uestros.

Contrà, qui sanctas leges contemnitis, hinc uos

Effugite, et procul hinc miseri proculite prophani.

Sed modo ad Amorem ipsum properemus, eiusq; antiquitatem & naturam proprietatesq; scrutemur. Moses ille sanctissimus Hebræorum legislator in principio libri Creationis mudi, his uerbis Amorem explicat, inquiens: In principio creauit deus coelum & terram.

Terra autem erat inanis & uacua, & tenebrae erat super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas: Dixitq; deus, fiat lux: & facta est lux. Hoc exponentes & Hebræorum & Christianorum doctores, mudum informem & inuisibilem significari dicunt: Spiritum autem domini, spiritum Amoris, qui pulsâ discordia ex informi et inuisibili Chaos produxerit ipsum uisibilem mudum formarum ac lucis plenissimum. Proinde Hermes atque Orpheus Amorem in ipsius Chaos simul locauerunt, cæterisq; diis omnibus fuisse priorem. Et

Phædrus apud Platonem uocat illum decorum omnium antiquissimum: Et Plato causam, cur mudum hunc creauit deus: Empedocles causam bonorum omnium: Euripi des autem cooperatorem sapientiae. Pleriq; poëtarum Herebi filiū dicunt. Sed nolumus hic poëtarum figura in testimonium adducere, dum holimus uera prosequi,

ORATIO

I.

sequi. Ideoq; catholicorum doctorū sententiam audiamus. Hi dicūt deum eſſe Amorem, atque ex deo omnem amarē procedere. Hoc prophetæ, hoc apostoli, hoc universus theologorum ordo affirmant. Sic sacer Dionysius primum Amorem in deo propria sua luce accensum foras resplendere dicit, et fulgore suo per uarias creaturas diffuso, uarios in illis amores inspirare. Hic omnia continet, hic terram cum cœlo conciliat, omnia perficit, superiora ad inferiora inclamat, et equalia coiungit, et inferna ad superiora cōuertit. Hæc de Amoris antiquitate et origine hactenus. Nunc quid sit Amor, definiamus: cuncta enim per definitionem, ut dialectici testantur, apertiora sunt, et magis elucentur. Amorem itaq; beatus ille Dionysius definit, eſſe uirtutem uniti- uam. Augustinus, appetitū rei propter seipsum. Bernhardus, ordinatam et uehementem uoluntatem ad bonum. Alij theologi dicunt eſſe coniunctionem amantis cum amato. Nonnulli, desiderium possidendi, utendi, fruendi, opinati pulchri et boni. Plerique eſſe spem ir- requietam timori coniunctionis. Tullius dicit Amorem eſſe bene uelle. Seneca, uigorem animi et excessum metis. Dantes, eſſe inclinationē animi in rem concupitam. Marius Acquicola, eē desideriū boni, quo illud nobis semper adesse et possidere cupimus. Peripatetici ferè oēs dicunt, Amorem eſſe argumentum beneuolentiae propter apparentem uenustatem. Academicī autem, eſſe desiderium fruendæ pulchritudinis. Omnes tandem coueniunt in hac summa, non aliud eſſe Amorem, quam de sideriū pulchritudinis. Et hæc apud omnes philosophos

Et theologos propria amoris definitio habetur. Illud
 enim quisque amat, cuius pulchritudinem diligit. Sic
 angeli, diuumam pulchritudinem: homines, corporis spe-
 ciosi figuram diligunt. Pulchritudo autem omnis, si-
 ue incorporea siue corporea sit, nihil aliud est, quam
 diuini uultus splendor in rebus creatis relucens. Omnis
 igitur amans, nihil terrenum, nihil corporeum, nihil hu-
 manum, sed diuumum aliquod amat. Atque hinc est, cur
 in illis qui corporis formosi figuram diligunt, nullo pro-
 fuso formosi corporis uisu, tactu, sensu & usu, amoris
 incendium extinguitur, non unum corpus hoc uel il-
 lud desiderant, sed aliud quiddam occultum preter cor-
 poream formositatem circa formam illam latens, per
 corpus illud formosum resulgens, quod amantes clam
 affectant, stupent, amant & admirantur. Quocirca
 quid potissimum cupiat, quid querat, quid patiatur a-
 mator, ignorat: quia diuumum uultum ignorat, cuius
 lux occulta, splendorem sui quendam omnibus infun-
 dit: hunc sentimus, hoc excitamus, lucem uero ipsam
 ignoramus. Ideo que quid cupiat amator, quid que-
 rat, quid patiatur, ignorat: quia diuumum uultum igno-
 rat. Eadem ergo plerunque accedit amantibus, quod
 amati aspectum quodammodo timent, uerentur, uere-
 cundantur & uenerantur: Quod etiam quicunque po-
 tentissimi ac sapientissimi etiam circa infirmum quod
 uis amatum patiuntur: quia non humanum aut terre-
 num est quod eos occupat, quum uis humana sit in illis
 longe excellētior. Quid ergo nisi diuini uultus atq; lu-
 minis splendor, in ipso formoso corpore quasi dei imago
emis

ORATIO I.

emicans & amantes omnes stupescere compellens
 Nonne Salomon ille sapientissimus Iudeorum rex, at-
 que Aristoteles Peripateticorum princeps, utrique ar-
 matis suis diuinos honores exhibuere? Stultiissimi pro-
 fecto, nisi forte non mulierem in muliere, sed amorem
 ipsum ipsamque summam pulchritudinem in quodam
 sui representatio simulacro adorarint. Vultis modo
 amorem ipsum, rem prorsus diuinam uobis latius de-
 claremus. Non poterit id fieri, qui coelestia capere uix
 possumus, nisi cogamus ipsum ad moralem nostrā phi-
 losophiā descendere. Et quomodo spōte sua oēs uirtutes,
 omnesq; moralis philosophiae partes ipse & regit &
 complectitur & moderatur, ostendamus: Temperan-
 tiam, fortitudinem, iustitiam & prudentiam. Vnde
 Augustinus ait: Amor est temperantia, qua amans uo-
 luntatem suam contemperat & subdit uoluntati ama-
 ti. Est fortitudo, quia omnia sustinere paratus est pro-
 pter amatum. Est iustitia, quia solus sine metu & odio
 cum ratione dominatur. Est prudentia, quia omni sa-
 pientia adornat amantem, & solus praeuidere potest
 futura, & eligere bona. Anima enim amore uacua,
 necessario maleuola est, in quam, teste scriptura, non
 intrabit sapiētia: quā iccirco Hieronymus tenebrosam
 uocat. Virtuti autem dat operam omnis qui amat,
 ut amoris uiciūsitudine dignus sit. Præterea, cum amor
 ipse pulchritudinem semper desiderat, omnes tur-
 pes & inordinatas cupiditates aspernantur: hinc ama-
 tor omnis à turpibus abstinet, decora semper & ma-
 gnifica ardenti amore aggreditur, quatenus placere

HEN. COR. AGRIP.

conatur amato: et studens placere uni, placet omnibus.
Obscoena fugit, oditq; deformia, ne cōtēptui sit amato.
Concupiscentias omnes terrenasq; ambitiones, dignita-
tum, honorū, diuitiarum facile cōtemnit, & pre Amo-
re pronihilo habet: nec immerito quidem, quum diuina
humanis longè sint anteponenda. Vnde Tirius Maxi-
mus ait, Amorem sic adh̄erere pulchritudini, ut de nul-
la alia re eſſe poſſit. Ideoq; ait improprie dici, Darium
amare diuitias, Xerxem imperiū, Agesilaum honore,
Calippum aurum: cum ille non sit amor, ſed ſpecies que-
dam deſiderij uoluptatis, quod ſepe tendit in perniciē:
Pulchritudo autē nunquam eſt pernicioſa, neq; ducens
ad malum. Quia igitur Amor omnis pulchritudinē de-
ſiderat, liquido apparet, hunc carnalis libidinis appeti-
tum, nō Amore eſſe, ſed Amori maxime contrariū: qua-
niam earabieſ & laſciuia ad obſcoena trahit et defor-
mia: deformitas uero & pulchritudo maxime inuicem
cōtrariantur: neceſſe iigitur eſt Amori libidinē eſſe con-
traria. Præterea, cum oīs pulchritudo, uel eſt ſpiritu-
lis, uel uocalis, uel corporei, illa mente cognoscitur, hec
auditu percipitur, iſta uisu cernitur: certe amator oīs,
ſolis, cōtemplatione, auditu, uisu, fruitur amore: reliqui
ergo ſensus & appetitus, puta tactus, gustus, olfactus,
oscula, baſia, ſuavia, amplexus, non ſunt Amoris, ſed pe-
tulantie & laſciuiae, habentes quidē umbram quandam
Amoris, ueritatem autē eius abnegantes. Quare hunc
laſciuum & umbratilem Amorem pleriq; describūt eſſe,
absconditum ardorem, delectabile uulnus, dulce uene-
num, gratiam amaritudinem, amabile malum, letum ſup-
pliſium,

ORATIO I.

plicum, blandū interitum, cuius comites sunt: timor,
 spes, suspicio, solicitude, zelot y pia, pœnæ, tormenta,
 cruciatus, languores, dolores, dissidii, iræ, lites, reconciliations,
 querelæ, blasphemiae, maledicta, lachryme,
 suspiria, fastidiū, poenitentia & innumera alia similia.
 Verus autem Amor in uirtute non in lasciuia est: ipse
 enim continentia & temperantia omnem obscenam
 libidinem procul pellit, uerecundia sua domit omnem
 appetitū qui honestati aduersatur, honestate sua omnē
 illicitam cōcupiscentiam uincit. Vbi uerus & integer
 Amor, ibi omnis modestia, ibi omnis iustitia, ibi nulla cō
 tumelia, ibi perpetua pax. Pacis amor deus est, pacem
 uenerantur amantes. Vbi uerus amor, ibi securitas, ibi
 concordia, ibi felicitas, ibi communia omnia. Contrā,
 nulla pericula, nullæ insidiae, nullæ dissensions, nullæ mi
 seriae, nullæ lites, furta, homicidia neque prælia. Porro
 quod infinitæ penè leges & uniuersa moralis philoso
 phia cōtendunt et uix tandem asequuntur, solus Amor
 breuiissimo tempore prestat. Solo enim in Amore con
 sistit, ut uitatis malis, turpibus, iniustis: bona, honesta,
 & iusta sequamur. Sine Amore iustitia est causa bel
 li: fortitudo nō est sine iracundia, non prudentia absq;
 malitia, non temperantia sine impatientia. Vbi Amor
 adest, ibi uirtutum omnium uio & concordia. De for
 titudine etiam Amoris nullum nobis dubium sit: quid
 enim Amore fortius, quid magnificentius, quid poten
 tius, cuius imperio nō solum homines sed etiam dij ipsi
 subiiciuntur. Vnde Orpheus atque Hesiodus inquiunt:
 Mortalium, & immortalium mentes Amore domari.

HEN. COR. AGRIP.

Phædrus apud Platonem uocat amorem magnum
deum, dijs hominibusq; mirandū. Idem apud Euripi-
dem inuanum Græcos ait Ioui olympia, Apollini Py-
thia sacra facere, quum solus amor adoratione dignissi-
mus sit, cuius neque in cœlis, neque in abyssis, neque
inter nos mortales neque inter deos ipsos ulla maior
potentia sit. Dijs alijs Mars fortitudine præstat,
Venus sola hunc domat: Mars autem Venerem nun-
quam, quod apud Astrologos manifestum est. Hinc
Seneca ait amorem potenter regnare in uniuerso mun-
do, & Iouem indomitè flammis accendere, bellicosum
Martem sua face compescere, fulmineum Vulcanum
inter Aetneos ignes illæsum unica scintilla sua exur-
vere. Quòd si fortitudo aliqua in audacia consistat,
quid fortius, quid audacius amante, ad quæque etiam
pericula propter amatum intrepide subcunda. Omne
in amore malum, si patiare, leue est. Nullum homi-
nem ait Plato, tam inertem fore aut ignavum, quem
amor non reddat æqualem fortissimo cuiquam. Hinc
exercitum illum fore inuincibilem dicit, qui constet
ex amantibus. Narrat etiam Plutarchus fuisse cohor-
tem amantium, quæ sacra ideo uocata est, quæque per
multos annos durans, innumerabilia fortitudinis sue
experimenta dedit. Lacedæmonij etiam quoties con-
flictum aliquem inituri essent, amori prius sacrifica-
bant, eorumque ordines ex amantibus constituebant.
Amoris potentia iubente (inquit Plato) animalia
quæque ruunt in precipitia, despiciunt pericula,
manifestam mortem non excludunt: etiam minutissi-

simus

ORATIO. I.

sima & imbecilia quæque animalcula contra robustissima pugnare, & uel mori parata sunt. Testatur Vergilius pisces omnes & auiculas accendi amore, nec ullo alio tempore leones, ursos, tigres esse ferociores, tunc equos, non frena, non saxa, non rupes, non flumina retinent. Tunc bella gerunt tauri. pugnantque alias timidißimi cerui. Sic inter cuncta animalia grauißima bella suscitat amor, nec ulla maior vindicta, quam quæ ob amoris iniuriam expetitur: omnem iram minuit, quæ propter amorem suscepta est, quod de Turno Vergilius, & de Medea ostendit Seneca. Reddit enim amor amantem, ut in propulsandis iniurijs fortissimum, ita etiam in ferendis laboribus patientissimum. Amor enim facit, ut libenter patiamur incommoda, feramus iniurias, exponamus nos periculis. Quot anxios dolores patienter sustinuerunt Penelope propter Vlyssem, Laodamea propter Protesilaum, Porcia propter Brutum, Cornelia propter Pompeium. Et aliae multæ illustres foeminæ, quantis sese periculis ob amorem uirorum suorum obtulerunt, ut nemortem ipsam terribilium omnium terribilissimum excludearent? Alceste Admeti regis uxor pro marito mori uoluit. Idem uoluit Tiberius Gracchus pro uxore sua Cornelia. Laodamea proficidente ad sacras Ilij pugnas Protesilao exanguis corruit: deinde accepto de illius morte nuntio, superiuere noluit. Dido Phœnissa post fatalem uiri obitum, ne alteri iungeretur scipsum interemit: nec Portia post Brutum mortem supercessit.

HEN. COR. AGRIP.

pereſſe uoluit. Quid de amore Orphei ad Eurydices dicemus? nonne uxor is causa ad inferos usque descendit? Neq; uerotam in obeundis periculis, q; etiam in excludendis potens est Amor. Nōne Amor Ariadnæ seruauit Theseum? Et amor concubinæ regis Numidarū, Marium? Quantū profuit Mosi Amor Aethiopissæ, et Alcibiadi Amor Tunicae Reginæ Lacedemoniorum? Sed & Amor Hester uiuersum Iudeorū genus nō solū seruauit, sed etiā maxime honoribus decorauit atque refecit. Deniq; quid profuerint Romanis amores mulierum in obſidione Capue, in Tarento, in Massilia, longum eſſet referre. Nōne amori Plotini debemus optimum illū Cæsarē Adrianū? notæ ſunt hiftorie q; plurim.e, tam de amore mulierū ad uiros, q; uirorū ad mulieres. Proinde fortitudinē Amoris, uel ex hoc apprehē dite, q; Amori oīa parent, ipſe uero nulli. Omnia uincit Amor. Dij coeleſtes, homines & animalia & corpore oīa, ſapiētes, fortes, potentes, diuites & reges, omnes Amoris ſubiſciuntur imperio, Amor uero nullius. Non diuitū munera emunt Amorē, non ulla dignitas neq; nobilitas. Nescit Amor magnis cedere diuitijs. Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti. Nescit Amor priſcis cedere imaginibus. Marcus Catopatricius Romanus imperator potentiſſimus, ſenator & orator ſapien tiſſimus, plebeian puellam arſit et in uxorem accepit. Simile fecit Pifistratus Atheniensiū tyrannus, accepta in uxorem Thimonofa rustica puella. Alexander ille Magnus, p̄e omnibus adamauit Roxanam ignobilem fœminam, utq; in uxorem accepit. Similiter et magnus ille

ORATIO

I.

ille Demetrius ardebat Lamiā tibicinem. Et magnus Pompeius Floram nobile scortū. Psammitichus Aegypti rex Rhodopen meretriculā uxorem accepit. Quin & recentiori ēuo fecit idem Andreas Palaeologus Peloponnesi despota nobilissimus. Ea deniq; est Amoris libertas, quod nullæ regū potentum q; mina ut amemus, cogere nos possunt: neq; deus etiam ipse cogit Amorē, quia ab initio liberum fore decreuit. Ea est fortitudo Amoris, ea potentia, ut uim omnibus inferat, solus ipse omnium effugiat violentiā, nihil est uspiam quod Amorem effugiat. Amor omnibus est & per omnia propagatur, est q; omnium effector & conseruator. Vnde Augustinus, animam citra Amorē uocat extinctā, nec eo uacare posse, pudico uel impudico. Hinc Dionysius in libris de diuinis nominibus dicit Amorē ipsum ut cum que illum intelligamus, siue diuinum, siue angelicū siue spirituale, siue animalem, siue naturalē, esse ipsum insituam quandam commiscentemq; uirtutem, quæ superiōra ad inferiorum prouidentiā mouet, inferiora ad superiora cōuertit, & equalia ad socialem secum inuicem dilectionem conciliat. Hinc cause omnes, effectus suos tanquam proprias suas imagines amant: similiter esse etiū omnes, causas suas tanq; sui conseruatices redant. Sic à superioribus descendēdo, deus angelos, illi cum deo animas, hæ cū illis corpora sua feliciter amant, regunt & gubernant. Rursus ab inferioribus ascendēdo, corpora animas suas uehementer diligunt, nec absq; summo dolore ab illis separantur: animæ cœlestium gloriam, cœlestes summi dei maiestatē sanctissime amant

atq;

atq; uenerantur. Hinc in ipsis supercoelestibus hierarchijs Seraphini omnium supremum locum tenent, qui non aliud quam amor interpretantur. Amorem mouent intelligentiae orbes cœlorum: amore cœli inferioribus sua munera largiuntur: amore, stellæ lumen suum in elementa diffundunt. Amor ipse est moderator omnium coelestium motuum & influxuum, rector elemetorum & conseruator omnium creaturarum. Hic radix uitæ, promotor salutis, extinguit languores, uiuiscat moribundos, illuminat sapientes, instruit ignorantes, reducit errantes, mitigat iratos, humiliat superbos, consolatur oppressos, promouet destitutos. Ipse est mansuetudo semper coruscans, se ipsum solus exaltans, semper quærens occasionem beneficiandi. Ipse dator deliciarum, ioci, leporis, facetiærum & oblectationum omnium, qui nulla læditur obrectatione, estq; omnium actionum nostrarum extrellum desideratissimum. Hinc Orpheus appellat amorem solerterem, benignum, omnium claves habentem, omnium regentem habenas. Omnia amore reguntur & existunt. Amor omnis generationis & propagationis autor: neq; deum ipsum, ut inquit Dionysius, permisit in se ipso manere sine germine. Hinc homines & animalia omnia amore rapiuntur ad procreandum sobolem, ut speciem suam quadam successione scruent perpetuam: ut reddant naturæ, quod mutuo acciperunt: ut imaginem sui uiuentem sculpant in filijs. Similiter brutorum & hominum nulla generatio sine amore: eo semoto, uacua plantis iaceret terra: nam herbe, plantæ & arbores amore sua semina propagant, ut sibi

ORATIO I.

sibi similia gignant. Amor itaq; non solum omnia facit,
sed etiam omnia conseruat & auget, omniūq; est effe-
ctor & conseruator. Tanta uis amoris est, ut solus pos-
sit humanum genus in perpetuo esse, in perpetua con-
seruatione, successione, honestate, uirtute, temperan-
tia, iustitia, fortitudine, magnificentia & pace serua-
re: quod neq; prudentia, neq; eloquentia, neq; uis armo-
rum atq; legum absq; amore efficere possunt. Ipse est
moderator iustitiae & aequitatis. Ipse fugat infamiam,
compescit ambitionem, pellit odia, extirpat maleuo-
lentiam, semper noua gaudia humanis afferens inge-
nijs. Nihil illi graue, nihil molestum. Nusquam super-
fluus, nusquam diminutus, semper sibi ipsi constans, &
non excedens terminos mediocritatis. Ipse est autor
omnis mansuetudinis, humanitatis, clementiae & liber-
ralitatis, quod de Alexandro erga filias Darij de Ma-
sinissa erga Sophonisbam, de Iulio Cæsare erga Cleopæ-
tram testantur historie. Amorem uero esse prudentissi-
mum, nemo est qui id uel de seipso non sentiat, Ipse
enim mentem nostram eleuat, & nobilissimarum inuen-
tionū capacem reddit, acuit senses, excitat ingenium,
remouet omnem inertiam & rusticitatē, exornat
uirtutibus animum, naturāq; defectus arte supplet,
etiam corpus eleganti habitudine decorat, mun-
ditia continet, hominemque cum lœtitia & hilari-
tate in uita conseruat. Ipse est magister, ductor &
uia in omni actione nostra. Ipse principium felicissi-
mum, medium firmissimum, finis perfectissimus,

radīas

HEN. COR. AGRIP.

radix uitæ, cōseruatio humanæ speciei, ratio naturæ,
et copula uniuersi. Ideo uocat illum Hesiodus omnium
principium, per mundum omnibus præuidens. Plutar-
chus uocat deorum ministrum, Orpheus etiam neceſſi-
tati anteponit, & tribus illis inexorabilibus Parcis im-
perare dicit. Prudentiæ autem eius experimentum ex
innumeris illud habetis lucidissimum, quod recitat Bo-
catius de Simone Cyprio, qui ex stolido & rusticiſſi-
mo, ob Amorē pueræ cuiusdam subito euasit humanissi-
mus, disertissimus, strenuissimus & prudentissimus.
Est igitur Amor prudentissimus, siquidcm hebetissimi
quiq; amoris radio aspirante, hoc est, amando, reddun-
tur acutissimi. Reddit enim amor amantem ad res ge-
rendas prudentem & magnanimum, ad loquendum di-
fertum & facundū, ad conuersationem hominum face-
tum, ad ludos iucundum, ad seriaque consultissi-
mum. Reddit amor amantem in actionibus cautum, cir-
cumspectum, prouidum: in studijs docilem, diligentem
& intelligentem: in consultatione rerum omnium fa-
gacem, solerterem & sapientem. Si amare stultum aut
turpe eſſet, non amassent tot illustrissimi pariter & sa-
pientissimi uiri, Adrianus, Titus, Alcibiades, Themis-
tocles, Porus, Demetrius, illeq; sanctissimus David et
sapietissimus Salomon: ipſeq; diuinus Plato, Socrates et
Aristoteles, Vergilius, Ouidius, Tibullus, Catullus, Pro-
pertius, Petrarcha, Dantes & omnes fermè philosophi
& poëtae. Quim & apud Scythes, ut autor est Lucianus,
in multo maiore autoritate, honestate, ueneratio-
ne & reuerentia habetur, qui plures habet amicos, q

ORATIO I.

qui diuinitas possidet et regna. Denique prudentiae amor omnibus hoc euidentius lucidissimumque argumentum est, quod amor magister est artium scientiarumque, omniumque uirtutum autor et gubernator. Philosophia ipsa diuinarum et humanarum rerum cognitio, ab amore nomen habet: uirtutum etiam definitio non alia est, quam amor ordinatus: neque quisquam unquam artem aliquam aut scientiam inuenire potuisse, nisi illum investigationis et inueniendi amor incitassem. Quis recte docere aut discere artem aliquam aut scientiam posset, nisi ille qui docet doctrinam ipsam et discipulos diligat, et discipuli disciplinam ipsam ament et auide cupiant: Solo namque amore facilime adipiscitur quaecunque ars et scientia, quae omni alio medio sine amore frustra inuestigatur. Accedit ad hoc, quod in singulis artibus et scientijs artifices ipsi nihil aliud querunt et curant, quam amorem: Estque antiquus omniu[m] artium scientiarumque finis. Hoc modo sacre theologiae facultas in eo potissimum uersatur, ut doceat quae hominum officia amet deus: quomodo deum rite amare debeamus: quomodo deo amici fieri rite possumus. Sic in morali philosophia nihil aliud queritur, quam ut homines sibi inuicem amici sint, nemo alienus eri faciat quod sibi nolit fieri: denique, quis amor ad patriam, ad principem, ad parentes, ad cognatos, ad benefactores, ad maiores, ad alios oestam ad uiuos quam ad defunctos sit adhucendus. Simili ratione medicina nihil aliud curat, quam ut quatuor corporis humores inuicem amici sint atque permaneant, atque quos cibos et potus, quos inueniendi et medendi usus

HEN. COR. AGRIP.

amet natura. Similiter in agricultura nihil aliud considerat, q̄ quæ terra cuiusmodi semina et quam cultura, amet, et q̄s colendi modus à singulis plātis et arboribus diligat. Similis in reliquis artibus et scientijs consideratio est. In habitis modo q̄s et qd sit amor, q̄s uerus amator, quæ amoris unitas, uirtus, potestas, honestas, utilitas et necessitas. Hortor igit̄ uos nūc et admoneo, ut amore, rem profecto diuinā, totis uiribus amplectemini. Amemus igit̄ oēs, amemus imprimis deū, post deum uxoris amor rebus omnibus ante ponatur. Amemus p̄tria, pro qua semp uiri sapiētissimi et sanctissimi multo periculo, multos labores, et iam mortē ipsam libenter impigre q̄; suscepereunt. Amemus principē, iustitiæ et uotarem, amemus parētes, cognatos, benefactores. Amemus nos mutuo, hoc em̄ p̄æ cæteris præcepit Christus in Euāgelio, dices: Hoc est præceptū meum, ut diligatis inuicē. Amemus oēs quotquot sumus nobiliſimū foemineum sexū, à quo omne nostrū eſſe, omnisq; nostri generis propagatio et cōseruatio (quod alias breui perituriū eſſet) omnisq; familia et respublica depēdet: quod neque Romani urbis conditorē latuit, qui quum foeminis careret, cum Sabinis atrocissimum bellum suscipere nō formidauit: cognouit enim, imperium hoc quod moliebatur, si mulieres non aderent, minime duraturū. Verum de mulierū p̄æcellētia et nobilitate, nolumus latius euagari, quia ſpecialē de his libellū daturi sumus. Hoc uos hic admonuiſſe ſatis fit, quod quicunq; mulieres naturæ li appetitu non amauerint, ab omnibus uirtutibus ſunt exclusi. Amare igit̄ mulierestantum abeft à culpa.

ORATIO I.

ut non amare, sit turpisimum uitium. Virtuti autem das
 operam omnis amans, ut amice placeat. Sic hunc in ar-
 mis exercet amor, illum in literis, & studet unusquisque
 id agere, propter quod ante amicæ faciem laudetur.
Aduersabitur istis forte aliquis tristis tetricus hypocri-
 ta, & rugosæ frontis incuruicerius cucullio, qui dum
 Curios simulat, Bacchanalia uinit, & de castitate lo-
 quens, clunes agitat, dicet' que me uobis falsa dogmata
 concinere, docili ingenio uestro scandalum ponere, pijs
 auribus offendiculo esse, uitia præcipere, turpes mores
 docere, sacra cum prophanis confundere, amore car-
 nalem à diuino distinguere: producet exempla, amore
 collapsos Adam, Samsonem, Loth, David et Salomonem,
 Nessum, Phacnem, Medeam atq; Didonem. Huic uos r̄idebi-
 tis, esse amorē essentia unā non diuisam, sed et necessaria
 ria, quæ totū hoc uniuersum moderat atq; gubernat: q̄
 quatenus in diuersis subiectis diuersimoder recipit, di-
 uersa recipit noia. Hinc dicimus hūc amorē diuinū, illū
 mūdanū, aliū sensualē, aliū corporeū: et hūc uulgo lauda-
 mus, illū uitupamus: nihilominus tñ una manet eadēq; es-
 sentia amoris, quæ cū omninobona sit, nullū ab eo malū
 pcedere potest. Itaq; qualiscūq; sit amor, malus esse nec
 dici potest: sed imperiti hoies plerūq; loquunt de amore
 scdm dispositionē patientis: unde persuadere nobis ca-
 nant, quendā amorē esse destabilē & malorū causam,
 quū reuera mala hæc quæ ipsi ex amore prouenire dis-
 cunt, nō proueniunt à defectu obiecti, scd à malitia subie-
 citi: non ergo mulieres, non amor illorum causa malorū
 sunt, sed culpa illorū est, qui amare recte nescierūt.

B ï Dicent

HEN. COR. AGRIP.

Dicent iterum, solum deum amandum esse. Non eo insicias: neque enim sic ego amandas censeo creaturas, ut creatorum ipsum negligamus, sed ut ipsum in omnibus amemus, et in deo amemus omnia, in corporibus dei umbram, in animis dei imaginem, in angelis dei similitudinem. Nunc igitur securi amate. Amor omnium bonorum est causa, principium, effector, conservator, finis et premium, in quo et suipius premium: qui non est premium praeter amorem, quod amore sit dignum: Hinc est quod ois qui amat, amorem praecepue amat: id enim solu uult ab amante potissimum, ut redamet amantem. Hinc in ipsa etiam corpore pulchritudine non tam delectant forma et mores pulchri, licet nos trahat ut admiranda: sed si sentimus nos redamari, ipsa redamatio nos longe plus quam sola pulchritudine ligat atque costringit. Hinc omnem diligentiam, solitudinem, curam et obsequium in hoc exponimus, ut amantes simus redamati: quod ubi consecuti sumus, felicissimos nos existimamus supra omnem enim uolupatem est fruitio amoris. Nolite igitur negligere amorem, nolite obliuisci amoris. Amemus imprimis deum, nulla alia redignas deo gratias referre possimus quam amando. Ille amor beatissimus, pulcherrimus et optimus, superne ab intelligibilibus usque ad inferiora descendens, ad diuinam pulchritudinem, mentem nostram congregat atque conuertit, nos quoque in omni operatione conseruat, et effectus ad uota largitur, uirtutem supplicationibus nostris admistrans. Hinc apud Homerum legitur, Chrysen Apollo supplicantem exaudiuit, quia sibi amicus erat. Et in euangelio legitur de muliere peccatrice: Dimittitur illi pec-

ORATIO

I.

eatā multa, quia dilexit multū. Minus etiā peccat, quē
quis propter amorē peccat, citiusq; illi cōdonatur pec-
catum. sic multi sanctissimi prophetæ & sapiētes pro-
pter amorē mulierū nonnunq; dei neglexerūt mādata,
sed ueniā impetrarūt. David ille sanctissimus, amoris
causa adulteriū cum homicidio cōmisit: nec solum ue-
niam meruit, sed adulterā insuper diuina dispensatio-
ne uxorē retinuit, & in semine illius successionē regni
accepit, ipso amore uel deum placāte, uel crimen excu-
sante. Amor itaq; peccata de t, animas in cœlū redu-
cit, beatitudinis distribuit gradus, gaudiū largitur æter-
num: nemo enim in cœlum ascendere potest, nisi qui cœ-
lorum regis summe placeat: placet autem ei maxime il-
le, qui eum maxime diligit, dico autem maxime, quia
dei amor nec mensuram nec modum habet, sed ex tota
anima, ex tota mēte supra omnem mensurā deum dili-
gere oportet: qui quum summū bonum & summū pul-
chrum sit, illius amor supremus, optimus & pulcherri-
mus est. Amor etiā creaturarū bonus, pulcher & hone-
stus est, quia dei operū est, qui creauit oīa bona, sed ille
amor mensurā & modū habet: Vnde si quis creaturas
maiore cura amet q̄ deum, is a uero amore excidit, &
tota aberrat uia. Verum ut oīs excessiuus amor aman-
tem cōuertit, & quodāmodo transmutat in amatū: sic
perfectus ad deum amor, animā nostrā ad deum con-
uertit & trāsmutat, efficitq; deo penitus similem, tan-
quam propriam dei imaginem, & hæc est summa hoc
minum felicitas, deum scilicet fieri.

DIXI.

B iij

HEN-

HENRI
CI CORNELII AGRIPPAE ORA
tio habita Papiæ in prælectione Hermetis
Trismegisti, de potestate & sa-
pientia dei. ANNO
M. D. XV.



ONSIDERANS ILLV
strißime Marchio, Præstantissimi Pa
tres, ornatisimiq; uiri, uarios humana
rum rerū tumultus, simul atq; duram
nouercalis fortunæ fortē, qua per inte
grum nunc triennij curriculū bellorum armorumq; in
plicitus negotijs usq; fatigatus sum, diu et multum cog
tavi argumentaq; multa in pectus institui, ac multis
modis egomet mecum eam rem disputavi, qua nam ra
tione quo'ue consilio & ope post procellosum illum,
utrasq; prætergressus scyllas, sanguinolenti maris trā
fitum feliciorē denuo nancisci possem uitæ portum. Oc
currebat mihi magnopere necessariū esse fungi mune
re aliquo, & eo potissimum, quod plurimū honestatis nec
minus frugi in se contineat. Atque id repperi nunc tale
quidem, quod cum decore peragere possum, quod' que
ā mea professione atq; militia non est alienum, Abditio
ra uidelicet sublimioris diuinæq; philosophie mysteria
in florentissimo hoc gymnasio uobis & reserare &
interpretari. Nam cum ab incunte ætate multijugis li
teris eruditus, cœlestiū influxu diuinoq; genio, ab inge
nio naturali corroboratus, rerum secretissimarum na
turam,

ORATIO II.

turam, ipsiusq; naturæ ordinem spectaculum omnium
 amoenissimum contemplatus sim, nihil magis ad me at-
 timere arbitror, quam ut sacrosanctam hanc amplexus
 philosophiam, ducem me præstem ijs, qui ea maxime
 eruditione sunt digni, ut in Tycinensi gymnasio opti-
 mi quique adolescentes nostro munere atque opera, de-
 promptis ex nostris thesauris nouis atque veteribus sa-
 cræ illius philosophiæ fructus intellectuq; consequan-
 tur. Sed uero cor hic (consummatissimi auditores) ne qua
 fortassis animum uestrum subeat indignatio, ac me non
 modo arrogantiæ, præsumptionis ac insolentiæ, uerum
 etiam temeritatis uitio argutias, quod ipse ego ut ho-
 mosit in natione barbarus, exercitio hactenus miles, ha-
 bitu exotico, hanc cathedralm descendere, atq; in tam
 cruda & immatura ætate tanta uobis & ea præsertim
 policeri audeam, que præ rerū magnitudine grauissi-
 mū alias ac maturū inueteratumq; doctorē expectant.
 Verum cum ad uestri intellectus perspicaciā & prom-
 ptitudinem, & ad uestram erga studia optima diligen-
 tiam atq; cōstantiam me conuento, meamq; haud igna-
 uiter alias exercitatam & legendi & interpretandi
 consuetudinem cum his conseruo, nihil prorsus erit quod
 in hac re uel de capacitate uestra, uel de ingenio meo
 diffidam. Neq; uero iunior ipsa ætas prohibet, quin pos-
 semus & que bene uel meliuscule interdum q; seniores ali-
 quid discernere: siquidem non ætate, sed ingenio inspi-
 ratione q; prouenit intelligentia neq; enim numerus an-
 norū et multitudo dierū dant scientiā, sed ingenii cœlē-
 bus infusum, ac spūs dñi sapientiā præstāt etiā parvulis

HEN. COR. AGRIP.

quod in libro 1ob plerisq; rationibus attestatur Helius
filius Barachielis Buzitius. Quod si exempla queritis,
Samuel cum eſſet pusillus, accepit spiritum domini. Sa-
lomon quoq; et Iosias in iuuentute acceperunt sapien-
tiam, et Daniel puer duodecim annorum, spiritu sancto
repletus est, et Paulus apostolus non uult Timothei iu-
uentutem contemni. Et Hieremias audiuit a Domino,
noli dicere quia iuuenis sum ego. Et Ignatius ad Nigra-
rianam ecclesiam scribens ait, non longi temporis sunt
sapientes, neq; senes sciunt prudētiā, sed spiritus ipſe
qui eſt in hominibus. Neq; etiam mireris Marthio illu-
ſtriſſ. Ioannes Gonzaga strenuiss. militum dux, q; cum
me proximis his annis ſeſticiſſimis Cæſareis caſtris mi-
litibus præfectum cognosceres, nunc me ſacrarum lite-
rarum præpoſitum pulpito cernas. Neq; etiā uos candi-
diſſimi auditores deterreat ipsum militis cruentum na-
men, eo quod Plato ipſe ethničus et Dionyſius Chri-
ſtianus ſeu eriter præcipiant, ſacra non niſi à ſacris ui-
ris conrectari debere. Vnde me qui ſpiam tanquam hu-
mano ſanguine, in quo iuxta Moſe uerbum, iam non ſe-
mel manus noſtras conſecramiſ, pollutum, iſcicrco
perinde ac prophanum reſpuendum fore existimet.
Nulla uos tam ſinistra impensaq; opinio uel faſcinet uel
ſeducat. An neſcitis apud ueteres poëtas ac Philosophos
Palladem atq; Bellonam unā ac eandem literarum mi-
litiaeq; deam extitiſſe? Habemus prætantissimorum
uirorum exēpla, qui ob hoc ipsum diuinis laudibus præ-
cipue celebrata ſunt, quod utrisq; et militie et litera-
rum ſtadijs claruerunt. Non dico nunc Demosthenem
illum

ORATIO II.

illum, qui ut extitit strenuus orator, tam erat ignavus miles. Vix enim cōspectus hostibus abiecto clypeo in fūgam se turpiter conuertit: sed inuictos Catones, Curios, Fabios, Decios, Scipiones, inumerosq; alios tam Latino rum q̄ Græcorum duces: Præ ceteris uero Iulium illum Cæsarem et Christianæ reipublicæ augustum, Carolum cognomento Magnum: qui utriq; utrisque sic operam nauarunt, ut discerni non queat, ut romagis ualuerint. Poſsem huiuscemodi multos adducere, sed cum non sit præsentis intentionis meæ uelle laudare militiam, satis erit si hoc uos commoneam, Christum ipsum Centurionem militem sic extulisse, ut diceret, se non inuenisse maiorē fidem in Israeſ. Et propheta ipſe ob hoc singulares deo agit gratias: Quia docet manus eius ad præliū & digitos eius ad bellū. Iacob item patriarcha benedicens filio ſuo Iude, aiebat: Manu tua in cœrūicibus inimicorum tuorū. Eſt enim militia diuinæ benedictio diuinumq; institutū, ut in Machabœorū historia ſacra nobis literæ tradunt. Vbi Ieremias propheta domini uiſus est extēdiſſe dexterā ſuam, strenuoq; militi Iude Machabœo aureū gladiū porrexiſſe, inquiens: Accipe gladium sanctū, munus à deo, in quo cōcides aduersarios populi mei. Quo uerbo & me cōſecravit inuictissimus imperator meus, dum adolescētior & quaſi puer adhuc accepto ē manus ſua gladio, haud ſine felici fortunatoq; Martis ſuccēſu miles inſigniebar. Sed ut ſemel fixiā & ad animi institutū redeam. Augustinus in lib. de uerbis dñi, et Gregorius ſcribēſ uniuersis Neopolitanorū militibus, ipſeq; decretorū compilator Gratianus, ex illorū

HEN. COR. AGRIP.

aliorūq; sanctorū patrū testimonijs unanimiter concludunt, Militiam nulli imputari in peccatum, neminēq; propter militiā à sacrī ordinib; debere repellē. Nec refert cui quis militet, etiā si infideli, dūmodo fidē & reverentiā impleat militia: nā & David militauit Achis Regi Philistinorū, & multi fideles atq; sancti Diocleti ano & Iuliano alijsq; ethnicis Cæsaribus militasse legūtur, fide sc̄mp incolumi & laudata. Ne itaq; nos inter prophanos cōnumeremur, catholica Canonū sanctio, diuinūq; militiae institutū, sacrarūq; attractatio literariis nos excusant: Siquidē & Lactantio Firmiano placet, eos qui sacras literas docēt, haud secus atq; qbus antistitū manus impositae sunt, sacerdotes sacros existimari debere. Quin & milites ipsi à Psalmista sancti dicuntur, inquiente: Utiq; gloria hæc est oībus sanctis eius. Exultationes dei in gutture eorū, & gladij anticipites in manib; eorū, ad faciendā vindictā in nationibus, increpationes in populis. Ad alligādos reges eorū in cōpedib; & nobiles eorū in manicis ferreis. Quod si quē uestrū scandalizet, barbarū hoīem in Latio gymnasio bonas literas interpretari, is sciat barbaros etiā hoīes esse rationales, & frui cœlo, atq; lingue nostræ Mercuriū, pectori q; nostro Saturnū, quorū illc interpretandi, hic arcane cōtēplationis autor, felici cœlorū dono nō defuisse. Quod si quē insuetū scholis militare sagū transuersum agit, respondet illi Plutarchus, Non, inquiēs, philosophū facit promissior barba & uestis pertrita, nec items Iacobs limostoliae: & quod uulgo dicitur prouerbium, Habitus monachū nō perficit: neq; cīm plantā cortex facit, sed vegetalis natura: neq; iumenta coriū, sed sēsibilis ani-

ORATIO. II.

manec humani corporis habitus sapientē, sed cœlestis
 ratio spiritualisq; intelligentia. Aedepol multa sunt au-
 ditores, q; efficacissimis rationibus ad susceptā prouin-
 ciā prosequēdā nos adhortātur, & admonēt adiuuāt q;
 Amici scilicet, q; innumeris i me collatis bñficijs, magna
 mihi ad cœpta prosequenda stimulū adhibēt, quibus eo
 ipso morē gerendū duximus, Cōpellit me etiā Euāgeli-
 ca religio, ne erga deū hoiesq; ingratus eſe cōvincar,
 talētū quoq; mihi cōcreditū suffodere uidear, atq; lumē
 submodio abscondere, ne deniq; mihi, quæ ficalne, mala
 dictio contingat, quæ fructū suū nō dedit in tēpore suo.
 Itaq; iuxta uerbū libri Sapiētie, q; sine fictione didici,
 sine inuidia cōmunico, & honestatē eorū nō abscondo.
 Alliciunt me insup̄ haud parū patria, urbs, locus, tēpus,
 otium, trāqllitas, atq; post tot bella pax atq; libertas, q; oīa
 nobis Illustrissimus atq; invictissimus de hostibus triū-
 phator Hercules Maximilianus Sfortia Mediolani dux
 octauus, singulari sua uirtute ac sapiētia cōciliat, contē
 net & adauget. Quā de re deū immortale oramus, ut
 eum ppetuo felicē ac fortunatū faciat, egregiasq; eius
 laudes celstitudinis, fortunae, uirtutis, ingenij, rerū gesta-
 rū gerendarūq; in memoriam seculorū omniū conseruet
 & augmentet, ut omnia deniq; ei ex desiderio optimis
 animi sui, quo nocere nemini, prodeſſe uero omnibus
 uelit, prospere glorioſeq; succedant. Deberem etiam
 nunc splendidiss. Ioannes Gonzaga, tuis amplissimis uir-
 tutibus congruenter congratulari, atque condignas
 meritas que illis contribuere laudes, Tua strenue ge-
 sta, sapientissime consulta, promptissime adiuuanta in
 medium

HEN. COR. AGRIP.

medium denarrare, si sermonum unda sensuumq; flama
mihi suppeteret: in aliud autem tempus hæc reser-
uabimus, nullaq; unquam abolebit obliuio. Atq; nunc
unde digressus sum redibo, & quod propositum meū
sit in hac suscepta prouincia, id paucis uerbis aperiam.
Animus est, Hermetis Trismegisti dialogos de Sapien-
tia & potestate diuina inscriptos, interpretari: quo cir-
ca prius nunc de Hermete ipso Trismegisto, cuius testi-
monio præ ceteris uti institutum est, ut quis quantusq;
fuerit, & quot tempore floruerit dignoscatur, pauca di-
cimus: deinde que in his dialogis, quos explanare inten-
dimus, dogmata contineantur, br cui argumento docebi-
mus. Legimus itaq; apud Mosen magnum illum He-
bræorum legiſlatorem atq; principem, in suo Genesios
libro, Abrahamum ipsum Iudeorum patriarcham mor-
tuauxore sui Sara, plures ex pellicibus filios suscep-
ſe: Inter quos unus erat nomine Mydan. Is genuit filium
Enoch nomine, qui ob interpretādi scientiam, qua clau-
rus habebatur, appellatus est Hermes sive Mercurius,
quod utrungq; interpretē sonat. Is itaq; noster est Her-
mes, qui apud Hebræos Enoch uocatus, Abrahæ ex My-
dan filione pos. Cuius rei grauis iuxta ac fidus testis est
autorq; peregrinus, Rab Abraham Auenazre in uolu-
mine suo astrologico. Ad stipulatur ei quod scribit Euse-
bius libro suo de temporibus, Cum esset Isaac Abrahæ fi-
lius octoginta annorum, Jacob uero ex Isaac Abrahæ
nepos annorū uiginti, Osyrim apud Græcos inter deos
relatum, eodemq; tempore floruisse apud Aegyptios
alium Abrahæ nepotem Enoch nomine. Accedit adhæc

ORATIO II.

quæ recitat Diodorus Siculus de antiquorum gestis. Preterea Lactantius & alijs pleriq; antiquitatū scriptores testantur, eo tempore quo uixit Osyrus, floriisse Mercurium, qui postea uocatus est Trismegistus: Osyrus namq; ingenti exercitu orbē peragrans, ut homines ab agresti rudiq; uita ad cultiorē nitidiorēq; reduceret, Aegypti regno rerumq; omnium cura I sidi uxori relicto, adiunxit ei Mercurium, cuius consilio in rebus agendis uteretur, quandoquidē prudentia ac sanctitate ceteros mortales antecelleret. Hunc ferunt interemisse Argum, Aegyptijs leges & literas dedisse, uerba in ordinem redigisse, multisq; indidiisse rebus noīa, iisq; apud Aegyptios primus astrorū obseruator, syderū cursus certis numeris descripsit, primusq; numerorū rationē uocūq; harmonias adiuuenit. Palestræ quoq; ad exercēdas corporis uires, Medicinæ insuper ac lyre repertore ferūt, atq; oleæ plantam, non, quod Græci fabulantur, à Minerua, sed ab eo repertam. Ipse etiam Grecis interpretandi scientiam contulit, ac primus inter philosophos & physicis ac mathematibus disciplinis ad diuinorū contemplationē concendit. Primus qui omnem sapientiæ semitam perscrutatus oratione licet modica, immensa tamen sententijs de uera sapientia scripsit. Primus omnium de maiestate dei, de ordine spirituum, de animarū naturis sapientissime disseruit. Primus itaq; theologie appellatus est autor & inuentor: fertur q; uniuersalia sc̄rorum complexus, cōscripsiſſe uiginti sex milia, quingenta & uiginti quinq; librorū uolumina, in quibus admiranda arcana, secretissimāq; mysteria ac stupenda

pandit

HEN. COR. AGRIP.

pandit oracula: non enim ut Philosophus duntaxat locu-
tus est, uerum etiam ut propheta multa præsagiuit. Nam
prisca religionis ruinam, nouæ fidei ortum, Christi aduentum,
futurum iudicium, mortuorum resurrectionem, renouationem
seculi, beatorum gloriae, peccatorum tormenta præuidit atque
que prædixit. Qua de causa ambigit Augustinus, peritia
ne syderum, an reuelatione spirituum illa cognoverit?
Lactantius ipsum inter Sibyllas ac prophetas cōnume-
rare non dubitat. Hic itaque Mercurius noster, ut acumi-
ne intelligentiae philosophos oes excessit, ita sacerdos
perinde constitutus sanctimonia uitæ, diuinorumque cultu
uniuersis sacerdotibus præstuit: Vnde in tanta hominum
ueneratione habitus est, ut post Osyridem ab Aegyptiis
rex appellaretur. Mos enim illis erat, quod & Plato reci-
tat, ex philosophorum numero sacerdotes, ex sacerdotum
coetur regem sibi diligere. Regiam itaque dignitate adeptus
Mercurius, constitutione legum, administratione regni
ac gestorum magnitudine, ceterorum regum gloria obscura-
uit, unde merito Trismegistus, hoc est, ter maximus nun-
cupatus est, quem maximus & sapietissimus philosophus,
maximus ac religiosissimus sacerdos, maximus ac glo-
riosiss. rex extiterit, qua propter præsuæ uirtutis admi-
ratione diuinos honores populus illi consecravit. Tunc
pro deo habitus in coelos relatus, planetarum imus, præ
ceteris ingenij ac scientiarum largitor, illius noie insignis-
tus, templa numinis sui erecta quoque plurima. Nomem eius pro
prium ob reuerentiam quandam uulgo ac temere affari ueti-
tum. Primus anni mēsis penes Aegyptios suo noī dedica-
tus. Oppidum quoque ab eo conditum extat, quod in hunc usque
dicim Hermopolis, hoc est Mercurij ciuitas, appellatur.

ORATIO II.

Narrat etiā de ipso Chalcidius, moribundum illū astante
 his uerbis allocutū: Hactenus filij pulsus à patria ui-
 xi peregrinus & exul, nūc uero incolmis patriā repe-
 to. Cumq; post paululū tēporis solutis corporis uinculis
 à uobis discessero, ncquaq; me tanq; mortuū lugeatis, nā
 ad illā optimā beatāq; ciuitatē regredior, ad quam un-
 uersi ciues per mortis corruptionē uēturi sunt. Ibi nāq;
 deus solus est, summus princeps, q; ciues suos replet sua-
 uitate mirifica. Sed de autore hæc hactenus. De ope il-
 lius modo dicamus. Eius titulus est Pimāder, siue de SA-
 plentia & potestate dei. Est aut̄ liber iste elegantia ser-
 monis refertiſsimus, copia ſententiarū grauiſsimus, ple-
 nus gratiæ & decoris, plenus ſapiētiæ & mysteriorū.
 Cōtinet eī in ſe ueruſtissimæ theologie profundissimæ
 mysteria, ac utriusq; philoſophiæ latentia arcaña, quæ
 omnia non tam cōtinet q; explicat: Docet eī nos, Quis
 deus, Quid mundus, Quid mens, Quid uterq; dæmon,
 Quid anima, Quis prouidentiæ ordo, Quæ & unde fa-
 ti neceſſitas, Quæ naturæ lex, Quod hominum phas,
 Quæ religio, Quæ ſacra instituta, ritus, phana, obſerua-
 tiones ſacraq; mysteria. Inſtruit nos præterea de cogni-
 tione ſui ipſius, de ascensu intellectus, de arcanis preci-
 bus, de diuino connubio, deq; regenerationis ſacramēto,
 atq; ut paucis cūcta cōpletear, docet nos rite ſcire atq;
 eallere leges diuinorū, phas ſacrōrū, iusq; religionū, et
 quo pacto felicitatē religiōe diuina debeatim adipiſet,
 quoq; pacto mētē noſtrā, qua ſola ueritatē apprehende-
 re poſsumus, rite debeatim excolere. Ea enim eſt magi-
 rū ſapiētūq; uulgata ſententia, Quod. niſi mēs atq; aius.

beatis

HEN. COR. AGRIP.

bene ualuerint, corpus ipsum bene ualere non posse: tunc autem hominem uere sanum esse, quando anima & corpus ita copulantur & inter se conueniunt, ut firmitas mentis corporis uiribus non sit inferior. Firmam autem robustamque mentem, per quam sine fallacia mirabilia & cognoscimus & operamur, quomodo possimus ad ipsi sci, ipse nos Mercurij Pimander edocet. Quae oīa uobis, ut autoris uerba id expostulat, pastim theologicē, partim philosophicē partim dialectico rhetoricoque more enucleabimus, enumerātes scripturas, autoritates, sententias opiniones, exempla & experiētias ad rē ipsam pertinentes: Sacrorū denique canonū ciuiliūque legū sanctiones dū dabitur occasio, haud impertinēter adducētes. Ignoscat mihi utriusque philosophiae ac medicinarū facultas, ignoscat mihi sacræ theologie schola, ignoscat mihi uenerāda canonum sanctio, legūque reuerenda maiestas si quædā aliquando suorū dogmatū paradoxā interpretari discernereque conabor. Nam et si scio harum rerum in hoc gymnasio in immēsum me excellentiores doctores ordinariosque lectores haberi, nullam illis facturū me arbitror iniuriā, sed operam illis accommodaturum, sicut illis huiusmodi doctrinarum fructus in alios diufero: Multa siquidem illorum & scio & intelligo, & memini, policeorque uobis effecturum me totis uiribus, ut nihil sit in suscepta materia tam difficile, tam intricatum, tam obscurum, tamque arduum cuiuscunque facultati aut scientiæ ea traditio consonet, quod me interprete non assequamini omnes, intelligentia, fauente nobis ipso ter maximi Mercurij Pimandro, mente diuinæ potētiae domino

ORATIO II.

domino uidelicet nostro Iesu Christo Nazareno cruci fixo, qui uerius Pimander, qui magni consilij angelus, uero mentis lumine illustrat: quem uerum deum & uerum hominem, regenerationis autorem confitemur, futuriq; patrem seculi iudicem expectamus. Vos igitur ilustriſimi candidiſimi que uiri, uos qui uirtutem colitis, uos ad mea tantum dicta aures adhibete, animosque intendite ueſtros: Contrà, qui sanctas leges contemnit, hinc uos effugite, & procul hinc miseri, proculite prophani. Vos autem qui diuina amatis, qui que rerum arcanarum eſtis percupidi, & circa abditiōris philoſophie ſimbola, ac mirabilium dei operum reconditas uires, plenissimasque mysteriorum antiqui ſeculi traditio-nes curiosi eſtis exploratores, uos inquam adeſte feliciter, diuinaque Pimandri mysteria attento animo audite. Conabor quippe uobis cum Trismegisto ſcientiae decorēm enuntiare, oſtēdamque uobis quaeratio ſit conſequendi intelligentiæ lumen, ſapientiæque ſermones auribus ueſtris infundam, quod dum abs me agitur, uos quaero attenti ſitis, atque ſicut auribus ita & animis uerba noſtra excipite, noſtrosque labores ſilentio, ani-maduertētia, diligētia ac cōſtātia ueſtra remunerate.

PROTESTATIO.

VErum quia circa diuina ſepe ſolet humana decipi consideratio, & nos quidem non dij ſed homines ſu-mus, nec humani quicquam nobis abeſſe putamus, nullo pacto uos latere uolo, palamque coram te illuſtriſime Ioannes Gonzaga corā uobis uenerabilibus ac deo ama-

HEN. COR. AGRIP.

bilibus cum scholasticis tum ecclesiasticis patribus, eorum omnibus uobis clarissimis auditoribus, coram serpentibus terrae, uolatilibus cœli, piscibus maris et uniuersis pecoribus campi, coram cœlo terraq; protestor, quod quæcunque abs me uspiam dicta scripta ue sunt, atque in posterum dicentur scribenturq; His nolo quenq; plus assentiri, quod & ego ipse facio, quam ab ecclesia catholica fideliumq; choro, ac sacro episcoporum collegio, eiusque capite summo Pontifice comprobatur: quibus omnia dicta mea & dicenda, scripta ac scribenda subiectio, & omnibus eius negotijs censendi & iudicandi potest statem habentibus, paratisimus semper ab illis & a quouis melius sentiente, fraterna Christiana que charitate crudiri & corrigi, & stare cuiuslibet melius sentientis & intelligentis sententiae. Quæ quemadmodum uobis nunc dico, ita in omnibus lectionibus meis ac lectionum partibus, leaturis, dictis, scriptis, dicendis ac scribendis quibusq; meis, repetita esse uolo, atque ea sig coram deo & omni creatura protestor.

C E N S V R A.

Reliquum adhuc superest uuum quod silentio praeterreendum minime censeo. Idq; diligenter quæso aduertite. Tria potissimum in usu sunt penes scholasticos disserendi genera: Vnum à Stoicis ac Peripateticis plurimum exercitatum, qui uidelicet proposita re uel quaestione aliqua, alteram aut certam eius partem disputando defendunt atque adprobant, reliquas circa hanc opiniones confutantes: Alterum apud Academicos ac Socraticos

ORATIO II.

eraticos usitatum, qui in medium adducta re aliqua uel
 quæstione, diuersos ad id quod inuestigatur sententias
 rationesque adferentes, illisq; pluribus præpositis &
 ad rem ipsam inuicem collatis, quod ex his uerisimilius
 probabiliusq; uisum fuerit, id eligunt atque adfirmant:
 Hos utrosque modos in lectionibus nostris obseruare in-
 tendimus. Tertium uero disserendi genus Scepticorum
 est, quos penes nihil certū est quod sequantur, sed omnia
 illis indifferentia sunt, ideoq; de omnibus in utrunque
 partem disputatione, & quæ naturæ ordine disiuncta di-
 stinctaque sunt, permiscere atque confundere, & perim-
 de ac gigantes montibus montes accumulantes, bellum
 contra deos gerere uidentur, dum aliquot instructi syl-
 logismis, hoies rixosi ac meretriculis loquatores, incū-
 flanter audent quavis de re cum quoquis linguam conser-
 re: litigiosis enim quibusdam altercationum captiuncu-
 lis ac sophismatū iaculis armati, oīm disciplinarū etiā
 sacrarum literarū fores se posse diffringere et penetra-
 re arbitrant: atq; hi à quibusq; cōsummatis philosophis
 ac theologis aspernatur respuunturq;. Horū scientiam
 Iacobus apostolus appellat terrenā, animalē, diabolicā:
 Paulus segregatus gentium doctor in suis ad Titum &
 Timotheum epistolis, stultam, uanam, inutilem & con-
 tentiosam uocat. Super quo scribens Hieronymus: Dia-
 lectici, inquit, solent argumentationibus retia obtende-
 re & uagā rethorice libertatē in syllogismorū spineta
 concludere, in ea totos dies ac noctes cōterentes ut uel
 interrogent uel respondeant, uel dent propositionē uel
 accipiant, assumant, confirmant atq; concludant, quos

HEN. COR. AGRIP.

quidem contentiosos uocat Apostolus. Hęc Hieronymus. Sed & multa contra eos loquuntur Gregorius Nazianzenus in libro secundo de Theologia, & Urbanus Papa scribens Antiochenis, & beatus Athanasius in epistola quae Enclion dicitur ad Aegypti & Libye episcopos, Diuus item Ambrosius in libro de Trinitate, & multi alij sancti patres, quorum uerba breuitatis causa adducere obmitto. Ex quorum dictis Gratianus decreta XXX.d. Nonne eligimus. Et XXIII. quest. II. cap. Transferunt, contra hos argumentatores constituit. Sed & leges ciuiles Codi. de summa Trinit. lege III. frenum illis iniiciunt. Quemadmodum itaq; argumentatores isti à quibusque splendiſsimis philosophis, sanctissimis theologis ac celeberrimis utriusque iurisperitis repelluntur, sic etiam illos à nostris lectionibus q̄ longe abesse uolumus: nullius equidem uel argumēta uel quæſtiones in cathedra recipere intendimus. Verū ne doctorum uirorum iudicium uereri uidear, neque etiā discipulorum meorum ingenio cōtra id quod pollicit⁹ sum, non uelle satisfacere uidear, atque ne quis aestimet nos responsionis penuria declinare certamen, iccirco cuiusque uel circa autoris uerba, uel circa testimonia per nos adducta uel aliter recitata seu exposita, quippiam exigere uel contra dicere libuerit, huic in fine lectionis uerbo uel scripto id agere licebit, cui ad singula uerba & sententias in subsequenti lectione abunde respondentes satisfaciemus. Quòd si in commodū id erit, scripta scriptis referemus. Fecerunt sic ueteres theologi, ex Græcis Origenes, Basilius, Athanasius, Cyrillus, Didymus,

ORATIO II.

dymus, Eusebius, Chrysostomus, Nazianzenus: ex Latinis Tertullianus, Ruffinus, Hieronymus, Augustinus & illorum plures alij: qui quidem sancti uiri nihil magis odere unquam, quam uerbosam illam contentio- nem, in qua plus stomacho quam ratione certatur, plus ad uanam linguae ac memorie gloriam, quam ad perue stigandam ueritatem: neque uere aliud moliuntur discep tatores isti, quam ut Pharisæica hypocrisi circumueniant hominem, donec capiant in uerbo. Quod si quis ante istos uerbo non labatur, hunc iuxta sententiam Iacobii apostoli, oportebit esse perfectissimum.

GRATIARVM ACTIO.

C Aeterum non existimaram me in tanta præstantissimorum uirorum illustri corona hodie uerba facturum, qui tanquam rutilantia cœli sydera cœlestiumq; diuina numina mente, lumine, motu, terrenos quosque actus moderantia atque agentia, studium nostrum tam exhilararunt, sibiq; usque adeo deuinxere, ut quo debueram eloquio gratias agere minime queā. Quapropter etiam numinum instar tu illustrissime Ioannes Gonzaga inuicte militum dux, Vosq; celeberrimi uiri me in armis militem, in literis nunc doctorem, uobisq; deuotū addictumq; pectus meum benigno animo suscipite. Vos insuper candidissimi auditores, opera non secus ac lingua uobis me cum dabitur, satisfacturum ducite.

DIXI.

C III ORA.

ORATIO

PRO QVODAM DOCTOR
rando, per Henricum Corne
lium Agrippam con-
scripta.



AGNA MIHI GRATIA
est colendiſimi Patres ornatissimiq;
uiri, nec iucundior nec clarior illa
sors hodie mihi obtingere potuit, q;
ut hac solenni cathedra donatus ora-
tionem dicturus sim, maxime apud uos grauiſimos do-
ctiſimosq; uiros, coram quorū doctrina, nihil obscurū
dici, nihilq; nō recte intelligi potest, ita ut ego nec fal-
sum aliquid uobis prædicare possim, nec uera iustaq; mi-
hi obesse debeant. Nūc igitur de qua re & qua de cau-
ſa de eadē ad præſens differere fit animus, paucis acci-
pite: De iustitia & iure illorum contrarijs, de utrorumq;
administratione, meritis simul & demeritis dicemus,
ut in qua facultate coronā hodie accipio, qd ego memi-
nero receptæ à doctoribus meis bonæ disciplinæ, quæ in-
ſuper illius docendi exercendiq; fit mihi uoluntas, quæ
præmiorū ſpes, palam dinoscatis. Primū itaq; quid fit
iustitia, definiamus, cuncta em per definitionē (ut diale-
ticō more loquar) apertiora ſunt et magis eluſeſunt.
Neq; uos me pro incurioſo habeatis, ſi diuisionē nullam
proposuero, de iustitia abſoluta & abstracta, fori et cō-
ſcientiæ, politica & naturali, et ſi qua reliqua membra
ſint. Sed iustitia prout est actus iusti iudicis determi-

MAGHS.

ORATIO III.

natus, ad ipsum iustum dici putetis. Quæ ab Vlpiano
 iuris consulto, deinceps ab imperatore Iusti. de Iust. &
 Iur. 1. definitur, esse constans & perpetua uoluntas ius
 suum unicuique tribuens. Quam definitionem frater
 Astensis ita cōuertit, dicens: Iustitia est habitus secun-
 dum quem aliquis constanti & perpetua uoluntate ius
 suum unicuique tribuit. Accipitur autem in hac defini-
 tione uoluntas pro actu generali, non pro potentia: so-
 lent enim habitus definiri per actus, nō per potentiam:
 Ius uero accipit pro re iusta, quam ita uel princeps uel
 iudex uel populus uel cōsuetudo uel lex uel natura uel
 religio uel necessitas iussit. Ultima aut huius defini-
 tionis particula designat actu iustitiae per cōparatio-
 nem ad propriā materiā & obiectum: Obiectum aut iu-
 stitiae ius est, unde secundū Isidorū iustitia dicit, quasi
 iuris status, & habet de uerb. sig. actu iustitiae iudicium
 executor, iudex in quantū talis, hoc est, secundū Isido-
 rum in quantū ius dicens. Vnde iudex male iudicās er-
 rore uel dolo, in eo q̄ male iudicat, nō est iudex, cum nō
 sit in eo iustitia. 23. q. 2. ca. 1. Nemine ergo imperitum
 uel improbus decet esse iudicem, nam ille per ignauiam
 ignorat, quam profitetur iustitiā: hic per odium &
 cupiditatē corrūpit ipsam, pro qua iudicaturus est uerita-
 tē. Iustitiae cōm propria sunt et inseparabiliter cohārēt, ut
 uarijs rerū gradib⁹ atq; formis, uarias pro modo suo ui-
 res, motiōes, actiōesq; distribuat, his quoq; p dignitate
 uarias dotes, uarios exitus atq; terminos, atq; ut in suis
 gradibus officijsq; queq; secura pmaneant, ne alijs alia
 cōfundant, singula sūū exequāt mūrus statimq; sūū, &

HEN. COR. AGRIP.

id quod suum est, & quod sibi conuenit, teneant & exercentur, nec usurpent sibi quod à se alienum est, & proprium aliorū: Hæc igitur est, nulla imperiti, nulla iniuritate violata iustitia, per quam ædificata est res publica. & constituti sunt reges & iudices, cuius sententia est in lege & iudicio, in quibus rex præcipit & regit subditos, quos subiicit iustitia, in qua sola est salus regis & subditorum. Hæc ubi regnat iustitia, omnia felicitate gaudent, omnia terminantur in bonum. Vbi iustitia, ibi nullæ contumelie, nullæ factiones, nulla dissensio, nulla prelia, nullæ insidiæ, nullæ pericula, sed omnis modestia, concordia, perpetuaq; pax & omne bonū. Ipsa est gloria regis, pax populi, tutamē patriæ, libertas plebis, disciplina subditorū, sine qua neq; domus, neq; ciuitas, neq; exercitus, neq; commerciū ullum consistere potest, adeo ubiq; necessaria, ut hac sublata, ne mūdus quidē subsistere possit: nō infernus: nō paradiſus illa carere potest, q̄uis illic oēs aliæ uirtutes absint, hic ob uitæ beatitudinē, nō amplius necessaria. Tanta est eius potentia, tanta sublimitas, tanta gloria. Vbi ipsa adest, nihil abesse potest: ubi uero deficit, nullæ uirtutes constare possunt. Nam prudenter si desit iustitia, transit in uersutiam, fortitudo sine ipsa labitur in pertinaciam, temperantia conuertitur in desidiam, amor in turpem uoluptatem, beneuolentia in adulacionem, res publica in tyrannidem, religio in superstitionem, nec ullā uirtutum in suo esse subsistere potest incorrupta. Hæc sola si desit iustitia, quæ unica & sola contra omne uitiorum genus pugnans, potens est comparare hominem deo, & facere deo competentem.

ORATIO III.

ut eius potestas à nemine possit superari, cuius iustitia
 à nullo possit corrumpi, ergo metum omnem abicit ius-
 stus, integer uitæ scelerumq; purus, non e gens Mæn-
 iaculis nec arcu, nec uenenatis grauida sagittis phare-
 tra. Cuius rei Aristides & Fabritius documento sunt, q;
 insuperabilis sit iustitia, cum illi non auro, non summis
 uictorijs à iustitiæ gradu depelli potuerint: quibus è cō-
 trario locati sunt, qui seipso etiam magnis deuictis im-
 perijs argentes, cupiditatibus resistere non potuerūt.
 Cum alius auro uictus sit qualis Pigmaleon & Anthe-
 nortalius affinem occiderit, alius patriam parentemq;
 perdidit cupiditate, alius ira impulsus iustitiam de-
 reliquerit, amicitiam fidemq; corruperit, alius imperij
 cupiditate ductus impotētia animi iustitiā abiecerit,
 ut Romæ Sylla & Marius, & Curio: apud Hebræos 1e
 roboam & Mambres: alius libidine pressus, à iustitiæ
 decidit, ut Romæ Appius Claudius, apud Hebræos etiā
 ipse sanctus Dauid. Et ut ad superiora redeam, uere di-
 cere possumus cū Hieronymo ad Demetriadē, quoniam
 omnium uirtutū species, uno iustitiæ noīe continētur.
 Vnde Ambrosius in Hexameron ait, ubi prudentia, ibi
 malitia: ubi fortitudo, ibi & iracūdia: ubi tēperāti, ibi
 impatiētia, plerunque aut̄ alia uitia: ubi aut̄ iustitia, ibi
 cōcordia est cæterarū uirtutū, nō enim per se pars est,
 sed mater est oīm. Hæc itaq; iustitia ut est uirtutū oīm
 dñi, ita & nostra iuris facultas oīm aliarū facultatum
 iudex est atq; regina: quod ita esse multis argumentis
 ostenderē, nisi iam ab antiquo uobis id non solū sufficiē-
 ter persuasum, sed & rationabili demonstratione reiq;

HEN. COR. AGRIP.

ueritati ipsaq; experiētia scirem eſſe notissimum. Hoc
igitur omisso, ad iniustitiā ueniamus, quæ iustitiae est
opposita, in qua declarāda non est opus sermonē latius
diffundere, cum ex supra dictis ea in oppositū sensum
conuertēdo satis cognosci possit. Nam cognito uno cō
trariorum, cognoscitur & reliquū, ut dicit lex, Institu
dē his qui sui uel alic.iur. sunt. § Videamus & ff. de Ac
cūs. & inscrip.l. Qui accusare, quibus consonat uerbū
illud Aristot.in libro de Cœlo & mūdo prolatū, Quod
opposita iuxta se posita magis elucentur. Est itaq; in
iustitia, ut describit eam Arist lib. I. Rethoricorū, per
quā aliena contra leges retinentur. Et qm̄ unumquodq;
uitiū tanto grauius est, quanto magis repugnat uirtutē
opposite, ideo duplē denotāt doctores iniustitiā: unā,
quā uocat illegalē, que opponit iustitiae legali, quam
politican nominamus, et hæc quantū ad intentionem et
actionem propter cōtemptum boni cōmunis, est uitium
generale, & secundū eſſentiam & obiectū, scilicet in
quantū respicit obiectū speciale, ipsa est uitiū speciale.
Aliā dicūt iniustitiā secundū modū inæqualitatis ad al
terū, & est uitiū speciale utroq; mō opposira iustitiae
particulari, inferens nō documentū alteri, de se repugnās
charitati, & utraq; hæc iniustitia est peccatū mortale,
& maxime in eo, q; sciēter facit iniustitiā. Si q; uero p
ignorātiā dictauerit iniustum sentētiā, hæc ignorātiā
nemimē excusat, qm̄ potuerit habere copiā iurisperita
rū ff. de iur. & fac. ig. l. regula, uel si sua sciētia, studio
& labore faciliter scire potuit rectū iudicium, C. de Ing.
manu, l. 3. ff. q; or. in bono pōs. ser. in honorū, l. u. Vnde
iuxta

ORATIO. III.

iuxta Vlpiānū, Qui iniquam uel iniustā sententiā dixē
 rit, iniuria facit parte lēse, Omne em quod non fit iure,
 iniuria est 14. quest. 4. cap. Quid dicā. Sed de iustitia
 & iure eorumq; contrarijs hæc hactenus. Modo iudices
 ipsos describamus. Oportet iustū quenq; iudicem, quod
 ipse alijs præcipit semet obseruare, neq; nō aliū iudicās, in
 se ferat sententiā 3. quest. 7. Iudicet. Deinde ut cause
 ueritatē plene inuestiget, iurisq; ordinē non puerat, ac
 secundū autētica statuta iudicet, nō sit acceptor psona
 rū, sed pauperē audiat sicut diuitē, peregrinū ut indige
 nā, paruū ut magnū, iuxta uerbū dñi, Deu. 1. nō declinet
 fauore uel clamore multorū, sicut præcipit Exo. 23. Ne
 sequaris turbam ad faciendū malū, neq; in iudicio pluri
 morū acquiesces sentētiā, ut à uero deuies. Nullas præ
 ces inter iudicium alterius partis admittat, nec alicui
 plus debito cōpatiat, nec propter timorē alicui à recte
 tudine iudicij deuiet. Vnde dicitur Exod. 23. Pauperē
 non cōpatiaris in iudicio, et Ecclesiastici 7. Noli quere
 re fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrūpere iniquitates,
 ne forte extimescas faciē potentis. Oportet enim iudicē
 sic directum & roboratum eſe, ut minis illecebrisq; cō
 temptis, non aliter agat q̄ deus, natura ciuitatisq; dicta
 uerint. Legem ipsam tanquā deum ante oculos habeat.
 Se uero non legis dominum, sed fidum interpretem, dī
 ligentemq; ministrum existimet. Hæc qui obseruat, hic
 iustus iudex est: qui iustus iudex eſe uelit, hæc illum ser
 uare neceſſe est. Hinc Sapien. 5. dicitur iusto iudicē: In
 duet pro thorace iustitiam, et accipiet pro galea rectiē
 iudicium, sumet scutum inexpugnabilem equitatē, acuet
 iram

HEN. COR. AGRIP.

iram suam in lanceam, & pugnabit cum illo orbis ter-
rarum contra insensatos. Hinc iusti iudices inter reli-
quos dignitatis sue titulos clarissimi appellantur, & à
contrario iudices iniqui dicuntur turpisimiff. de sena:
I. fœminæ & Spe. de Iur omni. indi. S I. uersi Maximi
sunt. Sunt autē iniqui iudices, qui (ut ait Loterius quon
dam Cardinalis, postea dictus Innocentius, in opusculo
de miseria hominis) non attendunt merita causarum,
sed merita personarum: non iura, sed munera: non iusti
tiam sed pecuniam: non quod ratio dictat, sed quod uo-
luptas affectat: non quod lex sentit, sed quod animus ca-
pit: non inclinantes mentem ad iustitiam, sed iustitiam
ad suum commodum & ad suam mentem declinantes.
Pauperum causas cum mora negligunt, diuitum causas
cum instantia promouent, in illis rigorem extendunt,
in istis cum mansuetudine dispensant. Hęc ille. Quod
si intrat in conuentum ipsorum vir anulum gerens au-
reum cum ueste candida, introierit & pauper in sordi-
do habitu, intendūt in eum qui indutus est ueste præcla-
ra, & dicunt ei, Tu sede hic, pauperi uero dicunt, Tu
sta hic, aut sede sub scabello pedum nostrorum, mortifi-
cantes animas quae non moriuntur, uiuificantes animas
que nō uiuunt, ut legitur xi. q. 5. Plerunque. Et sunt uer-
ba Zacharie prophetæ, quae exponens Gregorius ait in
homilia 26. Non morientem mortificat, qui iustum con-
demnat: & uicturum uiuificant, qui reum à supplicio sol-
uit. Vterq; eoru inquit Salomon proverb. decimo septi-
mo & qui iustificat impium, & qui condemnat iustum,
abominabilis est apud deum, in modo & apud proximum &
populū

ORATIO III.

populum. Vnde Proverb. 24. legitur, Qui dicunt im-
pio iustus es, maledicent ei populi, & detestabuntur
cum tribus. Redditur itaque ini quis iudex omnibus ob-
noxius, primum deo, cuius præsentiam præceptumq;
contemnit, Omnis enim iudex ut legitur Paralip. 2. 19.
non homines exercet iuditium, sed dei: & quodcunque
iudicauerit, in cum redundabit. Offendit etiam remp.
cuius maxime interest, ut recte iudicet filij hominum,
& quieta sit provincia regum, ut in Cap. ut fame de
senten. excom. Et lege, uulneratus, ad L. Aquil. ff. &
li. congruit de offi. pre. Offendit & proximum, cui in=
fert iniuriam, ut de cri. fal. cap. ij. Et ita propter enor=
mitatem off. in se unico delicto pluribus tenetur. L. i. ff.
de Injur. Et cap. Cum desideres § fin. de sen. excōi. Et
cap. Parochiam cod. titulo. Tenetur enim parti quam
lesit, non solum in re quam perdidit per litis sententiā,
sed etiam ad omnia damna passa & litis discrimina,
prout dicitur L. i. C. de poe. ind. mal. Ind. & in iure au=
tentorum condemnatur in triplum, si ciuilis sit, si tri=
uialis, punitur in confis catione propriæ substantiæ, &
in exilium mittitur, ut in auten. ut legitur in exor. l. 3.
§ si quis autem, & L. diuersorum ff. de uarijs & exor=
cog. l. v. tenetur lesio in quantum bonum & æquum uide
tur religioni indicantis: tenetur & crimine falsi, quia
falsarius est & falsitatem commisit, & poenam depor=
tationis & perpetui exilijs & ultimi supplicij meretur.
ff. ad l. Eor. de fal. L. i. § qui iudicem & §ulti. Insuper
infamis est C. de poen. indi. mal. iud. L. ij. Et crudelis in=
iure dicitur xiiij. l. nolo. Hac in foro ciuili, quamuis mul-

ta prætero. De foro Canonico quæ poenæ statuuntur,
nemo uestrum ignorat, qui legeritis terribilem illam
& metuendam decretalem per Nicolaum quartū Chri-
sti uicarium, in concilio Lugdunensi editam, recitatam
lib. sexto Decretalium, titulo de re iudi. Cum æterni tri-
bunal iudicis ante quod omnes stabimus. Item ubi ini-
guus iudex in sentētia maledictionem per annū suspen-
ditur ab officio, hoc est secundum Ioannem Andree in
Nouella quòd tanto tempore careat officio iudicandi:
& si sacerdos est, diuina non celebret, & alias horas ca-
nonicas in ecclesia solenniter non inofficiet. Si sit dia-
conus, euangelium non pronunciet. Si subdiaconus, epi-
stolam legere nō præsumat: ac insuper propter execra-
bilem criminis sui enormitatem omnes aliae poenæ alicu-
bi per canones & leges pronunciatae & pronunciandas
in eundem locum habeant. Deniq; nisi poenituerint, &
omnibus offendisis satisfecerint apud illum iudicem ubi
uix iustus saluabitur, qui male iudicata & iudicabit &
restituet, iustitiam iniuriam passis in die iræ & maledi-
ctionis, die calamitatis & miseriae, die retributionis et
iustitiae, certe celebuntur de libro uiuentium et cum iur-
itis non scribentur. Vae, hoc est damnatio æterna erit il-
lis qui condiderunt leges iniquas, & scribentes iniusti-
tiam scripserunt, iustificarunt impium pro muneribus,
et iustitiam iusti abstulerunt ab eo, et percusserunt ani-
mam innocentis. Nunc ergo ut me quam breuissime re-
colligam, Sciant se omnes qui iustitiae præsunt, et qui se
pontificij iuris legumq; interpres ac doctores appellari
volunt, teneri et obligatos esse ex professione nomine

ORATIO III.

nis sui et dignitatis sue, prius seruare legem quam præcipere, prius docere populum uerbo et exēplo legis canones regulasq; uiuendi, quam incertos tam grauter punire: necesse est enim, ut qui legem seruare debeant, legem ipsam prius cognoscant, alioquin ius ipsum summa esset iniuria, et lex ipsa nihil aliud quam subdolum rete iniquitatis. Tenetur insuper prius ostendere gratiam et misericordiam legis, quam violentiam et poenam. Puniant deinde non imprudentes sed maleulos, doleantq; causam esse puniendi, punitos deinde reuocent ad honestam emendationem, hoc est opus proborum iuris
consultorum: qui secus agunt, sciant se erga deum
et iustitiam ipsam de dignitate et professione
male meritos esse. Nos igitur omnes una-
nimes quicunq; hanc sublimem et sa-
crosanctam iuris facultatem tanta
autoritate profitemur, indu-
mus pro thorace iustitiam,
et accipiamus pro ga.
Iea rectū iudicium:
sumamus scutū
inexpugna-
bile ue
ritatem, acuamus,
iram in lanceā, et sic pugnabit nobiscū
orbis terrarū cōtra errores iniquorū, et insensatos.

DIXI.

ORA

ORATIO

HENRICI CORNELII AGRIPPAE

ad Metensium dominos, dum in illorū aduocatum
syndicu[m] et oratorem acceptaretur.



I uoluntatem erga uos meam Am-
plissimi Patres Domini mei metuen-
di pari eloquio dicendiq[ue]; elegantia
adimplere possem, deberē iam hāc
tam insignem rem publicam nostrā,
uestrasq[ue]; in hac eadē administran-
da egregias laudes nō minus ornatisimo atq[ue] longo ser-
mone extollere, uestre q[ue] clementiae condignas gratias
agere, qui me ad hoc præsens aduocati & oratoris ue-
stri munus nullus meis meritis præcedētibus, tanto dispe-
dio & longanimi expectatione euocare dignati estis.
Sed ut laudare uos nō mihi modo, sed omnibus ferè perq[ue]
facile est, ita condignas uobis gratias remetiri apud me
præsertim difficilimū est. Nulli enim nisi penitus elin-
gui, in tāta uirtutū uestrarū ubertate celebrāda, quarū
copia atq[ue] splendor, uerborū abundantia facile accumu-
lat dicenti, dec̄se posset oratio. Ego tamen in hoc mihi
ad præsens & cōsulto tē porare cōstitui, ne q[ue]s me uestræ
celsitudini arbitret, uestrā gratiā adulatiōis assētatiū
cula uelle aucupari credat. Neq[ue] etiā uostales estis, q[ue] lau-
des uestrarū uerbis prædicatas audiri plusq[ue] opibus præ-
stitas palā ab oībus cerni cupiatis. Sufficit uobis cōstan-
tiſſima

ORATIO IIII.

tissima fama uestra, qua ob tā inuictā iustitiā, tā infā
tigabilem prudentiam, tam castissimam clementiam,
tam innocētem temperantiam, tam religiosam fidem,
præ cæterarum ciuitatum reipublicæq; rectoribus per
cæteras ciuitates, regna et nationes magni et clari
estis, ut nulla uspiam sit respublica, quæ hanc uestrā ijs
virtutibus præcellat, uix æquare posset, idq; adeo notū
est, ut probatione non egeat, mihiq; id citra adulatio[n]is
suspicionem liceat testari. Optoq; apud omnipotentem
deum, ut hanc ipsam rempublicā uestrā perpetuo secun
det, felicem fortunamq; faciat, eximiasq; uestras laudes
uirtutis, fortunæ, rerum gestarum gerendarūq; in per
petuam memoriam illæsas conseruet et augmentet, ut
omnia uobis ad ornamentum, incremētum, dignitatem
et amplitudinē reipub. ac nominis uestri prospero glo
riosōq; euentu succedant, mihiq; apud uestram clemē
tiam, tam optimam opinionem dignitatēq; adepto, id
quoq; detur, per quod uestræ de me existimationi aliquā
condigna gratiarum repensa satissaciam. Hoc autem
eo mihi difficilimum est, quò scio me uobis plus debere
quam possum persoluere. Nec ignoro quam sit Aduoca
ti et Oratoris prouincia, in qua exemplo Demosthene,
Cicerone, Hortensio excellentissima ingenia sapissime
succumbunt. Mihi autem ingenium perquam mediocre
prout homo sum paucioris experientiæ ac literaturæ
minoris, nec inficior, etiam eloquētia tenuissima. Neq;
enim is sum, cuius uox tāta suauitate delectet, cuius uer
ba tanto ornatu splendeat, cuius sentētiæ tanta grauita
te uincant, cuius oratio tanta ui persuadeat, ac si Cice

HEN. COR. AGRIP.

rouel Demosthenes aliquis c^{ess}et, sed mediocritas quādam est mihi loquendi duntaxat non eloquendi, et in rerum ueritate enuncianda non in proloquo phaleratis uerbis fucatas sententias. Nec uos in hoc me improbat^{is}, qui uera libenter audit^{is}, scelusq^{ue} esse tanq^{ue} lese maiestatis, corā uobis incerta fucataq^{ue} dicere, nedum falsa. Integrat^{is} meae testis est mihi præsentia mea: si alia probitatis mee indicia queritis, possum fidei causa ostendere ea quae nota sunt, patriā non obscurā, progenie nō ignobilē, familiam non pudendā, domū non sordidā, mores inculpatos, uitā sine criminē, famā apud probatissimos uiros sine macula, non indignus aliquando habitus, cui à summo pontifice, ab Imperatore, à multis præbatis ac regulis fides & gratiæ haberentur, quem filiū & amicū uocarent, quorū mensas coniuua assiderē, quorū familiaribus epistolis ac publicis literis sum ueneratus, quos uirtutis meae testes usq^{ue} meū ad seruo, longe mihi gratiiores q^{ue} pecunias, quarū ego nūq^{ue} cupidus fui, nec ubi adsunt unq^{ue} auarus. Verum postq^{ue} uxore duxi, à publicis negotijs principiūq^{ue} ultra sorte meam familiaritate, ut quæ longe plus ambitionis habeat atq^{ue} periculi q^{ue} trāquil litatis, abstinere proposui, et p^{ri}pria deinceps industria uixi, meisq^{ue} me angustijs continuui sorte mea contentus, uariasq^{ue} fortunæ ambages infracto animo pertuli, nullus onerosus. Postq^{ue} aut^{em} uestra Celsitudo iam pluribus literis, missio insuper ad me uestro Secretario, me in Orationem suum postula^{set}, ipseq^{ue} dominus præceptor Riu^{er} euer^{si}, atq^{ue} illius frater germanus præceptor Metensis una cum magnifico barone & genitore suo, quibus plu^{rim}um debeo, id ipsum à me multis precibus contende-

ORATIO IIII.

ret, nephas arbitratus sum tantorum virorum ac de me
 optime meritorum preces rei scere, uestramque gratiam
 contenerem. Itaque spretis omnibus alijs cōmoditatibus ac
 magnificis titulis, quorum plures tunc apud Allobro-
 ges mihi proponebantur, uobis me firma deliberatione
 dedicaui, confidens me taliter effecturu, ut haec de me
 tam optima opinio uestra non omnino frustretur. Sed ne
 diutiu huic sermoni insistes uobis molestus sim, ac ma-
 iorum negotiorum consultandorum tempus preoccupem,
 non aliud agendum restat reliquum, nisi ut ego qua
 maxime possim ueneratione, deuotione, religione, polli-
 cear denique fidem meam uobis illa in re consilio, fide,
 taciturnitate & reliquis munera huius debitum ac oneri-
 bus quacunque sors ceciderit, defuturum. Faciam ergo
 nunc quod me decet, uos accipite quod uobis debetur. En-
 habetis me quem iam dudum optastis. Titulum Aduoca-
 ti & Oratoris uestri amplector. Recognosco uos domi-
 nos meos certos & indubitos, uobisque omnem reueren-
 tiam, obedientiam ac fidem exhibeo, qualis Orator, &
 ad consilia recipublicae uestrae admissus, iure & consue-
 tudine praestare tenetur, & quicquid uestrae reip. causa
 efficere praeciperitis, que studiofissime prosequar, expe-
 riari, enitar, faciam, perficiam, neque fidei, neque industria,
 neque diligentiae unquam defuturus. En facultas, persona, ani-
 mus, omnia in uestra potestate sunt. Haec dixi uobis bre-
 uius, quo uestra prudentia ex paucis multa percipere sa-
 let, uobisque ueniam dari postulamus, si non uestra celsitudi-
 ne condecentur, sed secundum uires nostras temporisque indi-
 gentiam extemporaneam orationem diximus. D I X I.

D ij HEN

HENRICI

CORNELII AGRIPPAE ORATIO

ad Senatum Lucenburgiorum, pro Dominis
suis Metensibus habita.



ELSITVDINEM VESTRAM clariſimi Senatores tot reperitatis turbare cōmonſtrationbus teſtamur ſuperos et deum ipsum, non minus q̄ id eandē ueſtram nauſeat celiſtitudinē et meos dominos tēdere

Sed haud utrobiq; par est, cū ueſtræ ſublimitatis autoritas id ſolo iuſſu pōt, q̄ uod nos citra tamen iuris ambiguitatū dubij expeſtamus. Non q̄ iuſtitiam equitatē ſe formidemus, nō q̄ ueſtræ ſentētiæ unius aut alterius utriusque exitū timeamus, ſed inconstantiam formidamus eorum q̄buscū nob̄is negotiū ē, publicanorū, hoc eſt redēptorū uectigaliū ueſtrorū, a q̄bus ciues noſtri ut alienigenæ et peregrini hoīes, tanq̄ indigenorū ueſtrorū iniurijs obnoxij ſint, nō modico danno affecti ſunt ſimul et iniuria. Cauſa hēc pendet corā iudicio ueſtro, magno noſtrorū cū incōmodo tum impēſa. Pendet ab anno ultra in hunc uſq; diē. Interim uobis ſæpe à noſtris ciuibis in ea cauſa ſupplicatū eſt, articulatū ē, ſcriptū eſt. Exhortati ſunt uos dñi mei ciuitatis Mediomaticū Decuriones plus ſe mel. uos feciſtis quod in uobis fuit, ſcripsiſtis, mandastiſtis, præcepistiſtis ueſtris redēptoribus quod &quū fuit. Si decretiſtis ueſtris obeditū eſt, laudamus operā ſin minus, quid monſtri alatur, nō ſatis intelligimus. Conſtat, quod redene

ORATIO V.

redemptores illi, neq; hoc neq; illud auscultant, sed ob
 dormierūt ad literas uestras, nō absq; nostrorū & dāno
 & iniuria. Quæres, si audendum est uerum fateri, ne-
 que modestiæ proboru uiroru, neq; continetiæ publico
 rū munerum officia uidetur. Debuiſſet reuera redēpta
 ribus istis pudori ſuiſſe, ſiquidē regij ueſtri ſenatus mā-
 datis hactenus non fuerunt obtēperantes, uel ſic ſe ad tā
 les præſtitissēt, ut tanq; de officio eorū male meriti, ali
 quando iure argui nō poſſent. Quod ſi iuſtitiæ prōptā
 largitas claros facit ſenatores, q; & ſemp & oībus à no-
 bis concreſſa eſt, uos eandē nobis quoq; cōfidimus cōceſſu-
 ros, oēm q; hanc controuerſiā & litē in hac præſenti cā-
 gregatione ueſtra, & per uos ſtatuta hodierna die, ue-
 ſtra ſenatoria ſentētia ſopiturā. Pro hoc poſtremò nūc
 miserūt me dñi mei, obteſtanturq; celsitudinē ueſtram,
 ut ſublatis quibusq; iniquis exactionib; ſemotis quibusq;
 iudicij ſubterfugijs damnosisq; dilationib; iudiciū ci-
 uibus noſtris, æquitate iuris ſuadente, uelitis accelerare.
 Ceterū nūc quod cauſehuius caput eſt (dico qđ ad exac-
 tionis uectigaliū noſtrorū nouitatē attinet) hæc res dñis
 meis hucusq; uifa eſt ultra ius & equū, ultra hactenus
 et ab antiquo obſeruatam ueterē consuetudinē inducta,
 nec ullo ſanoconsilio ſenatorioq; decreto roborata. For-
 taſſis ſunt aliqui ex iſtis mercenarijs redemptoribus &
 publicanis, q; excogitatis nouiſtitulis ſeſe reipub. ueſtræ
 probe conſulere contendunt: ſi eiusmodi exactionū rapa-
 citate, à uiciniſ populis q; plurimū emū xerint, ac tanq;
 uiri ſpongj & uiciniū opes exugētes in fiscū ueſtrū intu-
 lerint, quaſi oīs reip. felicitas, in ampliādiſ uectigalibus

HEN. COR. AGRIP.

cōtineatur, quorū tamen bona pars in priuatā eorū ar-
cam dilabitur. Quod si horū rationes praeualebunt, si
ita mētibus uestris persuasum est, frustra nobis ad oran-
dum hic locus uacaret. Sed dominis meis de cel'situdine
uestrā lōga melior opinio est, ut qui sitis cū æquiſimā
tū iuſtiſimi animi, quo ueſtrā reipublicæ q̄ plurimū pa-
deſe, alterius nō nocere uelitis, tum ſimul integerrimæ
prudētiæ ſciētiæq; in pectore ueſtro iura oīa recōditæ
habētes, ipsas de nouis ueſtigalibus nō instituēdis leges
cēſurasq; nō ignoretis. Itaq; orāt uos dñi mei, ne patia-
mini exemplū huiusmodi induci, quo fiet ut exactio ge-
neret exactionē, innouatio generet innouationē. Quod
ſi ſic futurū eſt, ut ita metiantur exactions, quē tandem
futurū arbitramini exigēdi uel modū uel finē, niſi forte
deo ipſo repetendarū acturo, aliquādo male gesti mu-
neris rationē reddendā? Nollēt dñi mei iuri ueſtro quic-
q̄ derogare, nollēt in ſuo dñio ſubditos ueſtros ſupra ue-
terē morē illa innouata exactiōe grauare. Ut ergo mi-
nimū dubiū ſit, et nulla cōtrouerſia, uos idē quoq; erga
noſtros ciues facturos ſperamus. Quod ſi præcripta p
uos imperiali potestate autoritateq; Lateraneh, cōci-
lij id uobis iuſtū uideatur, ut liceat uobis ueſtigalia tali-
ter extēdere, ſitq; uobis talis prærogatiua libertas: iam
occationē dederitis dñis meis etiā ſua ueſtigalia exten-
dendi, ac uicta per ueſtrorū excessus noſtra temperan-
tia, in ueſtros populos cōſimilia repēdere. Facturi autē
id ſint nec ne, iā uobis in manu eſt, uos bono publico cōſu-
lite occatio dū eſt. Cæterū dñis meis cel'situdini ueſtrā
integerrimo aio deditiſſimis ſempq; uobis bona, proſpe-
ra glorioſaq; omīnātibus, de his quod ſuperest, litē ſuā
partes declamabunt.

DIXI.

HENRICI

CORNELII AGRIPPAE ORATIO

in salutatione cuiusdam principis & episco
pi pro Metensibus, scripta.



DSVNT HIC PR AESEN^o
tes præstantiſime præſul ſimul atq;
princeps illuſtriſime, adſunt inquā
ex decurionibus ciuitatis huius ad
hoc ordinati, ut omniū eorū totiusq;
populi ac ciuitatis nomine salutent
excellētiam tuam, congratulentur hoc iocundiſimo
aduentui tuo. Adſum & ego à dñis meis ad hoc muneris
deputatus, qui eorū erga excellētiā tuam optimū affe
ctum omni sermonis fuco ſemoto, ueridica oratione
exponam, qui certe ut breuiſime dicam, talis eſt. Salu
tātē te domini mei quām maxima ueneratione, reueren
tia & honore id eos facere decet, tua excellentiæ debe
tur, tua ſublimis dignitas deponit, ac infatigabiles uirtu
testuæ merentur. Congratulātūr hoc iucundiſimo ad
uentui tuo, ominantes ut te bene ſecundent ſuperi, ſem
perq; in melius prouehant, omnemq; fortunā inuidiam
ab te procul arceant, offeruntq; tibi quantum in eis eſt,
omnem beneuolentiam, fauorem, beneficentiam. Et fi
quid penes eos aliud eſt, quod excellentiæ tuae conduce
re queat. In quorum testimonium donant te munuscu
lo quodam, non tanquam tanta tua ſublimitate die
gno, ſed tanquam ſigno ſeu monumento eorum erga

HEN. COR. AGRIP.

te benevolentie amicitiaeque; quo testentur tibi integratatem animi sui, significet tibi optimam uoluntatem suam, exponant tibi semper promptum paratiissimumque; obsecrum suum, orantque; excellentiam tuam, id ipsum coanimo abste gratum & acceptum haberi.

DIXI.

HENRICI

CORNELII AGRIPPAE ORATIO

in salutatione cuiusdam magnifici viri pro
dominis Metensibus scripta.



ET VS MOS EST CIVITATIS nostrae spendide Vir & apud magnificos dominos meos eorumque predecessores, pro eorum optima uoluntate, laudabili consuetudine observatus, quasque eximis alicuius status personas per eorum ciuitatem transeuntes, iocunda quadam gratulatione, addito etiam munusculo aliquo tanquam amicitiae sue benevolentiaeque pignore, salutare. Quod cum hodie mihi a dominis meis erga magnificetiam tuam efficere iniunctum est, deberem iam pro illustri natalium tuorum gratia, pro integritate virium tuarum, pro uirtutum tuarum uberrima copia egregias laudes tuas, si non omnes, saltem aliquas condigno sermonis eloquio complecti, tuo que aduentui condigna oratione congratulari. Sed ne sermonis proximitate

ORATIO VII.

Ixitate tibi iā in itinere defesso, alijsq; arduis negotijs
 intento molestus sim uel impedimento, tum ne dicendi
 colore publicæ integritati fidei q; dominorum meorū
 tanquam adulantium tibi obesse uidear, ab hoc consulto
 mihi temperare constitui, relinquens ea uulgatissimæ
 ac constantissimæ famæ tuæ, qua & apud nos & apud
 cæteras prouincias magno probitatis exemplo, magno
 uirtutum gloriæq; splendore clarus haberis, longe q;
 plus laudabilis es, quam id mea etiam si elaboratissima
 sit oratio, explicare posset. Faciam igitur quod reli-
 quum me decet, tu accipe quod tibi debetur. Accipe, in-
 quam salutem dominorum meorum tibi quam maxima
 reverētia exhibitam. Accipe eorum in te munuscum
 hoc bencuolètiæ suæ monumentum. Demum si quid est,
 quod eos colloqui uelis, parata tibi promptaq; dabitur
 audientia. Quod si etiam loci patriæq; uisendæ cupi-
 dus huc accesseris, En habes hic urbem antiquissimam,
 quondam Romanorum sociam & amicam, postea cla-
 riſſimorum regum sedem inuictam, porrò inter sacri

Romani imperij ciuitates haud minimam, in qua
 quicquid rerum antiquissimarum nouarum que
 animum tuum cognoscere oblectat, omnium
 lustrandorum libera erit facultas,
 dominis meis in omnibus
 tibi semper que be-
 ne ominan-
 tibus.

DIXI.

D

HEN.

H E N R I

C I CORNELII AGRIPPAE ORA
tio, per quēdam affinē suum Carmelitanū,
sacræ theologiæ baccalaureū for
matum, in acceptatione
Regentia, Parie
sūshabi
ta.



I V N V S E G O E X P E-
riandri Corinthij aut Lycophronis
schola eſsem, qui felicitatem ipsam
in gloria et honore locaſſe feruntur,
ſuſceptor amantissime, multum gau-
derem me his ornatiſimi eloquij tui diuitijs coram tan-
tis uiris tam cumulatiſime laudatum, in ſuper et hac ro-
ſea ueluti ouali corona tam magnifice adornatū. Sed
ipsa cum profeſſæ religioniſ humilitas, tum ipsa huma-
nitatis meæ mediocritas faciunt, quo minus h[ab]eſce tam
iñſig[n]es laudes, quas tua eruditio mihi c[on]cūrſante amo-
re adſcribit, pro meis agnoscam, admirorq[ue] colendiſſi-
mi patres quid nam commouerit reuerentiam ueſtrām,
poſt aliam multa in me collata beneficia, me his ornamen-
tiſtitulusq[ue] decorare, huic ſublimi loco ſufficere, tanta
uenerationis pompa comitari. Certe non ſum iſis, cui tam
egregiæ laudes ac ſplendidi tituli, tam ſublimia pulpi-
ta conueniant. Veſtra h[ab]et munera ſunt, uobis iſta debē-

tuſ

ORATIO VIII.

cur encomia, qui tanquam cœlestia cœli sydera, diuinæ
 & humanæ sapientiæ lumine repleti coruscatis, à qui-
 bus mihi longe satius esset doceri quam laudari, quam
 coronari, quam præferri. Sed uestra hæc est erga me
 humanitas & benevolentia, non meum meritum. Quic
 quid ergo isthic nūc de me bene dictum est, totum id ue-
 stræ referobenevolentiae, sed & totum me id uotis de-
 bere fateor. Conabor igitur & nitar fauente Christo ue-
 strisq; conatibus, talis aliquando euadere, qualem nunc
 me prædicatu audistis aut forte opinamini, uobisq; dum
 dabitur occasio, de tanto in me collato honore, non mi-
 nus re quam sermone me satisfacturum ducite. Sed
 iam precor uos domini modica hæc amicitiæ
 & obsequij pignora, uinum uidelicet læti-
 tiæ symbolum, fructusq; futurorum bo-
 norum indices, hilari animo mecum
 conuiuantes excipite. Vos fra-
 tres amatiissimi ite, cur
 rite, festinate, et cla-
 rißimus istis do-
 minis meis
 singu-
 la
 diligenti cura ministrate.

DIXI.

HEN.

HENRI
CI CORNELII AGRIPPAE ORA
tio pro filio Christierni, serenissimi Da
ciae, Noruegiae & Suetiae regis
&c. habita in aduen-
tu Cæsaris.



I MIHI IMPERATOR.
Auguste, domine & auuncule ca-
lendissime uincendus eſet hic ge-
mebundus animi dolor, quo diu in
Margaretā amitam et prope plus
q̄ matrem nostram, ac oīm optimā
principem, tam acerbo fato amiſsam lugemus, multo
effusiore gaudio iam tue maiestatis aduentui gratula-
turus forem, & ultraquam etatis & studij mei quan-
tulacunque fert opinio, sermonis mei neruos omnes in
te uno salutando intenderem. Nunc uero uno hoc eae
demq; tempore, & summa tristitia & parilletitia di-
stractus, nam hinc doloris magnitudine superatus, in-
de reuerenda specie uenerationis tue attentus redigor
ad silentium, nec illa est mihi sermonis facultas. Atta-
mentum tum tacens tum loquens usquequaque tue maiestati
gratulor. Congratulantur & mecum astantes haec prin-
cipes, mihi quidē sorores unice dilectae, tibi uero ex so-
nore eque atq; ego nepotes. Tuo aduentui gratulamur,
tua præsentia solamur, Tuae clemetiæ gratias agimus.
Cuius altabonitas, præsens comitas, non patietur nos pe-
nitus

ORATIO

IX.

nitus orbatos esse, nec spoliatos spe bona relinquet. Ag-
mus etiam gratias pro ingentibus illis beneficijs, quibus
nos diua princeps amita nostra, non secus ac propriam
prolem hactenus prosecuta est. Pro cuius aeterna glo-
ria, cum aliud maius referre nequimus, deum ipsum in-
defessus precibus incessanter oramus. Tibi autem impe-
rator clementissime imprimis illustrem regem, domi-
num & parentem nostrum, tuæ maiestatis fratrem so-
rorium, cum has adstantes puellas principes sorores
meas me'que simul tuos nepotes, tum omnem nostram fa-
miliam commedamus, tuo'que patrocinio deuouemus,
atque ne nos deseras, ne negligas, ne consueta tua bene-
volentia & fauore destituas, ego unus omnium uo-
to, tuam clementiam supplex oro atque obte-
stor, qui deum optimum maximum in tui
nominis famam & gloriam, ut' que ti-
bi omnia prospere felicissime' que
succedant, obnixe perpe-
tuo'que depreca-
bitur.

DIXI.

HEN-

HENRI

CI CORNELII AGRIPPAE, SA
cræ Cæsareæ Maiestatis à Consilijs & ar-
chiuis Indicarij, oratio habita in fune.
re diuæ Margaretæ Austriae et
Burgundionū principis æterna
memoria dignissimæ.



ET VSTISSIMA MAIO-
rum instituta sunt reuerendissimi, il-
lustriſſimi, clariſſimi, generosi, no-
biles, egregij, prudentes & p̄-
stantiſſimi uiri, uosq; cæteri audito-
res omnes attentiſſimi, laudabili cōſuetudine ab illis ad
nos usq; deriuata, clariſſimorū principū, quicunq; ma-
gnitudine rerū aut domi aut foris, aut pace aut bello ge-
starū, aut alia quaue uitæ gloria florūſſent, cum luce
hac exceſſent, q̄ ornatiſſima fieri potuit oratione à
ſummis autoritate uiris & dicendi copia affluētiſſimis
oratoribus, narrando eorū uitam omnē, ortū, curſum,
exitū resq; gestas, adornatis laudibus funera celebrari,
ac cōpoſita sermonis pōpa publicè illis parētari. Quod
cū mihi hodie iniunctū ſit munus, diuæ principis noſtræ
Margaretæ, et Germaniae et Burgūdiae unici decoris fu-
nus perorare, funus inquā, tam acerbū et flebile, qd' nō
ſolū prouinciales lugēt, ſed etiā exteri populi certatim
illachrymātur, quod etiā dolent flentq; hostes, uixq;
uniuersus Christianus orbis ſibi tēperat à lachrymis, im-
pium eſſet nō parere, et onus hoc, licet humeris meis lo-
geime.

ORATIO X.

geimpar & pergraue, ullo modo recusare, quoniam sum
 ex oib[us], qui h[ac] mihi delata prouincia refutare nullo
 modo possum nec debo. Optare autem nunc mihi eam inge-
 niij felicitate, orationis uim ac dicendi copiam, ut cuius uitæ
 & rerū gestarū laudes in præsentia uobis enarraturus
 hoc cōcessi, q[ui]bus deceret orationis & uerborū insigni-
 bus rite posse absoluere. Certe nulla mihi mediocritas
 in tā celeberrimæ principis funere perorando adhibēda
 esset, in cuius uita oia amplissima, excellētissima, emi-
 nētißimaq[ue] fuerūt. Sed non mihi tantum est ingenij, non
 mētis, non spūs, non uiriū, q[uod] quāto magis in diuinæ hui⁹
 principis laudē celebrandā animū intendo, eo mihi res
 ipsa se se sublimiore difficilemēq[ue] offert. Neq[ue] uero cu-
 q[ue] possibile puto, etiā si oēs id moliretur oēs eius laudes
 attingere, quæ principū oīm decus et insigniū mulieris
 quæ sunt, quæq[ue] fuerūt unq[ue] extitit honestissima atq[ue] no-
 bilißima, foris domiq[ue] præclarissima, maiorū nobilitatē
 illuſtrissima, oīm uirtutū g[ener]ne ornatißima, ornamētum
 patriæ, decus totius fœminei sexus, nec fœminis solū il-
 lustribus, sed et clarissimis uiris inimitabile exēplar,
 nec nostra solum ætate, sed omni temporam posterita-
 te memorabilis, quippe qua nulla ætas nec tulit nec fe-
 ret maiorem, uixq[ue] ei parem. Quod tantum dicendi flu-
 men, quod tam huberrimū orationis genus, quod posset
 cū eius incredibilibus & diuinis laudibus cōparari? Vnde
 de in tam immēso uirtutū agmine potissimum dicendi su-
 memus initium? Nū laudabimus genus et nobilitatē: cu-
 ius tāta erat nobilitas, tāta claritas, tāta præstantia ge-
 neris, ut oēs Christiani orbis regis atq[ue] principes pro-
 pinqui

HEN. COR. AGRIP.

p̄niquitate sanguinis & generis affinitate contingere, quorum plurimorum oratores, summos uiros, sed afflitos & atro colore, mutato uestitu huc missos uidetis ad honestandum hoc funus, & celebrandum clarissimae principis exequias. An laudabimus modestiam, prudentialm, & equitatem, mansuetudinem, pietatem, constantiam, iustitiam, religionem? undiq; tot admirabiles & heroicæ eius uirtutes sese proferunt, quibus supra q̄ humana conditio pateretur nomine suum æternitati consecravit, ut in posterum sancta diuinaq; princeps habeatur. An res gestas extollamus? Tanta sunt eius præclarissima facinora, ut penè mirandum sit tanta ac tot simul fœminam patrare potuisse, quibus iam nō summam reginam, non summam imperatricē, sed numen, sed deam interris sese præbuit colendam. Hæc omnia cum nō modo longissimum, sed penitus infinitum ac impossibile sit oratione uelle complecti, quæ magnis historiarum uoluminibus uix explicari possent. Tamen narratus sum de spendorib; laudibus eius, non quanta se offerunt, sed quantum temporis angustia patitur. Itaq; capita rerū duntaxat, non res ipsas perstringemus, atq; de his ipsis etiam multis admodum pauca quædam, & ea breuiter expediteq; dicemus, et ea sola, quæ sunt exploratisma, quorum testes hic adsunt, qui hæc omnia aut plane uiderunt, audiuerunt, cognoverunt, experti sunt, quiq; de nobilitate clarissimi generis sui, de præclarissimis uirtutibus & integerrime acta uita, de rebus per illam magnificientissime & supra omnem opinionem gloriofissime gestis, de quibus omnibus dicturi sumus, falli nō possumus.

Hos

Hos ego mihi iudices, hos mihi testes adhibeo, horū præsentia fretus, nūc rem ipsam audencius aggrediar. Sed illud uos in primis admonitos uolo, me non iuxta rhetorum præcepta, è uulgatis illis demonstratorijs locis artificiosam orationem uelle contexere, non enim quod ars, sed quod ingens animi dolor, & sui impotens suggerit affectus, quæ occurruunt memorie sparsim, & nullo artificio ordine colligemus. Quem etenim ordinem seruare potero in re, in qua omnia sunt acerba, tristia, confusa, funesta, & potius fletu, luctu, lamentis, lachrymis, quam uerborum leporibus & eleganti sententiarū ordine exprimenda, & si illum dicendi series maxime expostulatur? Sed ut à nobilitate generis narrandi initium faciam, habuit hæc glorioſiſma princeps nostra paternum genus ex Germania orbis terrarum prouincia ampliſſima, atq; ex gente Austria, totius Germania familia antiquiſſima, super illustri quidem & excelsa, nec solum hoc tempore clara, sed etiam Drusi & Traiani temporibus proprijs regibus semper potentissima, atq; post receptam Christianam religionem, semper regum Cæsarumq; progenitrix præ cæteris fœcudiſſma. Hodie uero cum multitudine summorum ducum tum potentia inuictissimorum regum & imperatorum, ac fœlicitate parti imperij, in toto Christiano orbe prima & suprema. Maternum autem genus habuit ex Gallia, prouincia æque latiſſima, & ab omni euo nobiliſſima, atq; ex gente Burgunda, non minus potentissimorum regum, ac magnitudine rerum gestarum, multarumq; in Gallia & in Germania prouinciarum atq; gentium

HEN. COR. AGRIP.

imperio celeberrima. Quod si nūc reges potētissimos,
si duces præstantissimos, qui per superiora tempora ex-
utraque hac stirpe, ceu è fontibus totius nobilitatis pro-
cesserunt, recensere uellem, & hac una oratione com-
plecti, ne triduo quidem dicendi finem facturus essem.
Quis enim ignorat, cumulatas fuisse omnis orbis Chri-
stiani uires, ut nobis hanc serenissimam principem
Margaretam ac eius fratrem germanum Philippum
Castellæ regem, atq; per illum hunc Carolum Augu-
stum ac Ferdinandum Vngariæ & Bohemiæ regem
iam etiam Cæsarem, producerent. Sed nos in progeni-
toribus suis enumerandis, sermonem hunc non extende-
mus, non amplificabimus, sed breuitate quanta fieri po-
test maxima, in angustum comprimentes, de ijs uelut
delibando recensemus. Habuit diua nostra princeps
patrem Maximilianum archiregem atq; Cæsarem inue-
tißimum, & superioribus illis Augustis non æquandū
modo, sed in multis etiā anteferendum. Paternū auum
habuit Fredericū tertium imperatorem, principe omnium
iustissimum, clementissimum, piissimum, cognomēto pacifi-
cū. Hinc cū Carolus Belgarum atq; Burgundionū prin-
ceps metuendissimus Nouesium inferioris Germaniæ
oppidum copiosissimo exercitu obſideret, euocatus tum
Fredericus à circuicinis principibus et ciuitatibus, co-
parata imperij uiribus non contemnenda, bellica expe-
ditione Nouesium contendit. Vbi pacificus imperator
prohostilitate, pro pugna, pro bello, rebus omnibus opta-
ma pace optime compositis, et oppidū insuperabili obſe-
dione liberauit, et inita cū Carolo strenuissimo principe
ſtrictissi-

ORATIO X.

Stratiſſima amicitia, eius unicam filiā nomine Mariam
 uirginem ſplendidifimam atq; pudicifimā, multarum
 prouinciarū atq; gentiū hæredē filio ſuo, quē diximus,
 Maximiliano ſponsam impetravit. Hæc extitit diu
 principis noſtræ mater, hic uero pater, illi utriq; aui, uis
 ri proſecto de qbus cū Ecclesiastico uere dicere poteri
 mus, quorū pietates nō defuerūt, & cū ſemine eorū pſe
 uerat bona hæreditas, filij eorū & nepotes eorū ppter
 eos in æternū manet, ſemē eorū & gloria eorū nō dere
 linqtur, nomē eorū uiuit in ḡationē et ḡationē. Pater
 na illi auia fuit Helionora, Eduardi Lufitaniæ regis fu
 lia, coſecrata et uicta impatrix, uereq; Anguſta. Auia
 aut̄ maternā habuit ex Borbonorū ducibus atq; Franco
 rū regib⁹ prognatā, genē & que nobiliſſimā et clarissimā
 ſuorū tēporū, laudatissimiq; nois fœminā, nomē illi erat
 Isabella. Enī ſtipiſhuius nobilitatē, ueruſtatē, gloriā, de
 qbus nunq; ſatis multa dici poffet. Enī ſemina, enī radices,
 q; pulcherrimū hūc et pretiosiſſimū fructū protulerūt.
 Sed hæc de nobilitatis p̄cellētia haſtenus, de qua tamē
 nō ea que pro magnitudine rei dici potuſſet cōplexiſu
 mus, ſed duntaxat q̄uis a ſunt memoratu neceſſaria. No
 lumus enim ſic maiorū ſuorū laudibus nitiri, q; uideamus
 ſuas proprias pferre nō poſſe. Ipsi a nobis diua princeps
 noſtra laudāda eſt, ipſa nobis ſuis, p̄prijs coloribus et li
 neamētis exprimēda. Princeps q̄ forma uenusta, mora
 bus modetiſſimis, prudētia p̄fretans, et q̄ aetatē ſuā ho
 nestiſſimis, c̄iſdēq; clarifiſſimis facinoribus peregerit, longe
 peregrinauerit, multa uiderit, multa peregerit, ſen
 ger maximis in rebus maxima ſu laude uerſata, & oīm

HEN. COR. AGRIP.

quos ætas nostra tulerit optima atq; clariſſima. Nata
est in hanc lucē princeps serenissima anno humanae re-
demptionis Millesimo quadringētesimo septuagesimo
nono, mense Ianuario, die decima hora horologij ante-
meridiana undecima nata in celeberrima Aduaticorū
urbe, uidelicet Bruxellarum, atq; per reuerendum do-
minum Ferricum Tornacensem episcopum iuxta ritū
ecclesiæ in templo diuæ Gudulæ per sacram baptismā
Christianæ religioni initia, fideiuentibus illustribus
principibus Philippo à Rauenſtein è ducibus Clivorum,
Ioanne Austeraniæ principe, atq; superillustri do-
mina Margareta, materni Aui secunda coniuge, ad cu-
ius imitationem nomen huic diuæ Principi nostræ tunc
impositum est. Nata est autem, quo tempore fames, pe-
ſtes, bella, factio[n]es, & omnium tragicorum malorum
agmen quasi mare quoddam exundans erat, uniuersas
has prouincias ira, rabie, odio, sanguine, cæde, scelere
inuoluens atq; permiscens. Dum plebs seditiona et rerū
nouarum cupida tumultuabatur. Ciues mutuo ardebāt
odio, diſſidebant in uarias factio[n]es nobiles, insurge-
bant populi, discordabāt rectores, patria omnis in ambi-
guo erat, et plura loca hostis possidebat. Inter has dēſiſ-
simas afflictionū tenebras nata diua princeps, tāq; noua
quædā lux per uniuersam prouinciam uisa est diffundi.
O altissimum diuinorum consiliorum abyssum, o infini-
tam diuinæ bonitatis prouidentiam, o summa dei cle-
mētiam, qui (quod credēdum est) propter demerita no-
stra, constitutis nobis inter tot erumnas et calamitates,
abundantibus malis nostris sua abundauit & gratia,

ORATIO X.

¶ talem nobis principem in lucem produxit, quæ nos
patriam, quæ penates, tot malis, tot periculis, tot discri-
minibus fuerat liberatura. Ipsa enim nutritionis annos
uix egressa, quibus parentibus, quibus maioribus originē
traxisset, supra ætatem ad miraculum spectantium
ostendit, tam multa de se pollicebatur præclara et ex-
celsa indeoles, ut et item fama, famam admiratio, admi-
rationem uirtus uinceret, eßetq; apud omnes populos
expectationis admirandæ. Nec se felliit illos opinio. Si-
quidem defuncta paulopost matre eius Maria princi-
pe clariſſima, ac uiduo parente ciui diuo Maximiliano
Cæſare, et immortale bellum eßet nobis cum Francige-
nis, et uicinia omnis armis fremeret, sola ipsa tunc ſo-
lidæ pacis instrumentum, medium, nodus et copula
comperta est, atque prouincialium opera Carolo Fran-
corum Delphino, ac Lodouici undecimi Francorum
regis filio unigenito in matrimonium desponsata, uix
trium annorum nata, in Franciam abducta est, ubi ma-
xima cum pompa, nec minori cum lœtitia et gratula-
tione excepta, à præfato Lodouico sapientiſſimo re-
ge, noī irrito nec uano omime pacifica cognominata est.
Mansit in aula regis omni celebritatis genere honora-
ta, educata inter nobiliſſimas puellas, optimisq; mori-
bus imbuta, tatum de se ſubito per uniuersum hoc regnū
adultæ iam nobilitatis ſpecimen præbuit, ut à cunctis
uelut numen quoddam ueneraretur et reuereretur.
Quam præclarissimam et generis et educationis mo-
rumq; nobilitatem, etiam corporis elegantia et animi
ornamenta sociabat. Erat enim illi uultus perbenignus

HEN. COR. AGRIP.

*I*ucundissimus, aspectus hilaris, plenus autoritatis et
 gratiae. Dignitas oculorum talis, ut nitidissimum quen-
 da nobitatis splendorem profundere uiderentur. Gratia
 oris maxima, uox suavis et sermo expeditus, summa
 totius corporis elegatia, et que regum atque imperato-
 rum quiddam prae se ferre uenustate quadam maiore quam hu-
 na uideretur. Ad tam preclaram corporis uenustatem acces-
 scruthonestas, māsueto, modestia, pudor, ueracula,
 ceteraque uirtutes tantae, ut se tanquam exēplum et speculū
 quoddam uirtutū, oībus præberet contēplandā. Nulla præ-
 clarior, nulla nobilior nulla, amabilior puella habebat:
 sic ceteras oīes puellas atque uirgines nobilitate, grata,
 uirtutibus anteibat. Verum mortuo Lodouico Fracorū
 rege cum Carolus rerū potiretur, persuasus à regni primo-
 ribus ut Britanniā imperio suo adiaceret, Margaretā iam
 adulterā, nobilitate, uenustate ac morū integritate licet
 nulli secundam, repudiauit, et Francisci Britonū ducis
 defuncti superstitem unicā filiam, Britaniæ heredem,
 diuō Maximiliano Cæsari per oratores despontatā, Bri-
 tonibus ingenti prælio uictis accepit uxorem. Vtrumque
 factum cum maximorum bellorum potissima causa
 fuisse debuerat, tamen contentionem et iniuriam hanc
 omnem, ipsa licet repudiata Margaretā princeps, noua
 pace sopiuit. Caroli autem repudium (mirum) quam cō-
 stanter tulerit, quanta animi magnitudine tolerauerit.
 Iamque preclara illa adolescentiae indoles, integritas,
 cum antea semper superaret etatem, magis magisque
 inclarescere coepit, atque per singulos uirtutum gradus
 maiori cum ratione consilioque insurgere, maximis rebus

par.

ORATIO X.

par ingenii, difficillimis non minorē constantiam exhibuit. Vitæ probitas singularis, animus benignus, & qui nunq; ad iracundia, nunq; ad odiū, nunq; ad inferendas injurias, nunq; ad uindictā, nunq; ad bella, sed semper ad beneficētiā, laudē, concordiā ac pacē flectebatur, tantūq; de se subito apud oēs populos adult. ē iā & pluīq; masculae uirtutis specimē prebuit, ut fama eius nō in istis atq; finitimus prouincijs clausa teneretur, sed per remotissimas nationes longe lateq; extensa, maxima cū laude et admiratione uagaret, & publica omnīū uox esset, nullā unq; natā eſe hac principe clariorem, nec meliore. Hac constantissima atq; optima fama permotus Ferdinandus Hispaniarum magnificentissimus rex, cū experientissimum acerrimi ingenij princeps, sic in hanc indolis altitudinē exarsit, ut post toties deuictos Afros, & aucto imperio suo Granatæ regno, conquisitis etiam & subactis ad Antipodas usq; multis admodum & opulentissimis insulis, iam tot urbibus, tot oppidis, tot regnis auctus, tot clarissimis uictorijs terra mariq; nobilitatus, tot immortalibus triumphis celeberrimus, nihil inter tantæ felicitatis titulos prius haberet, quam ut hanc laudatissimam puellam diuam principem nostrā, Margaretam inquam, quam tunc multi reges & principes appeterent, ambirent, obseruarent, filio suo unigenito, tot opulentissimorum regnorum ac potentissimorum principatuum successori, despōnsare posset. Itaq; ut id conficeret, summo studio, nec minori ingenio annixus, missis splēdidißimalegatione Oratoribus summis viris, hotiſui ſupra opinionē cōpos factus, non ſolum nobilissi

HEN. COR. AGRIP.

ma puella nobilissimo Hispaniarum infanti despon-
detur, sed ipse etiam Philippum diuæ Margarete
germanum fratrem florentem adolescentem, & prin-
cipem omnium quos nostra ætas tulerit optimum atque
clarissimum, sibi generum ac filiæ suæ maritū recepit.
Proinde nunc Margarita nobilissima puella consensu
naui, & ingenti clāſe in Hispanias nauigatura, cū illā
iam alta maria tenerent, excitatis procellis in clāſem
eius effruescebant, sæusq; iactata fluctibus, ad Angli-
cum litus compulsa, cum seuentibus undis perduraret
maris intemperies, plus integrum mensem anchoris hæ-
rere coacta, nunquam interea ad litus egressa est. Quā
tunc Henricus septimus Anglorum rex, & unus sui
seculi regum opulentissimus magnificientissimusque
instaurata clāſe eius, recentibus commeatibus, insigni-
bus & uere regijs muneribus, ac omni honorificentia
prosecutus est. Soluensq; deinde ex Anglo litore in
altum progreſſa, illis inter se nauibus, soluta prora
cum naufragum timeretur, in scapham paucis admo-
dum sociata insiliens, ut in aliā nauim abduceretur,
tempestuosis fluctibus exponitur. Circumcirca mor-
tis pericula imperabant, lachrymabant omnes, inge-
mischebant, singultiebant, non tam proprium quam tan-
tæ principis casum: & extensis ad cœlum manibus,
diuos inclinantes uota nuncupabant. Sed qua animi
fortitudine, qua patientia, qua constantia imperterri-
ta puella hos undarū rapidos insultus, et manifesta uitæ
discrimina tolerauerit, restiterit, effugerit, his qui ade-
rat, q; uiderūt, qui experti sunt, res diuina potius quam
humana

ORATIO X.

humana uisa est, nec ulla nisi diuina ui liberat am indubitate credunt, omnesq; in illa tanquam miraculum admirati sunt, in tanto periculo tantam fortitudinem, tantam constantiam, tantam patientiam, quæ proculdubio singularē & plus quam uirilem animi magnitudinem ad res maximas præsagiebant. Sed & (quam ferè præterij) res sempiterna memoria digna est, quod cum iuxta Nantirum in eo periculo morem, manus sibi cum aliis quot aureis obligaretur, ut erat Gallice tum prosa, tum rhythmo facunde docta, ipsa sibi epitaphium lusit, atque inceratum alligari iuñit, in hæc uerba:

Cy gyst Margola noble damoiselle,

Que fut deux fois maries, et encore est puelle
 Tandem cum superatis periculis in Hispaniam uentum
 eset, qua pompa, qua ueneratione, qua reuerentia,
 qua obseruatione, qua honorificentia, quibus magnificientiae triumphis tunc excepta semperq; culta fuerit,
 coiçere magis possumus quam explicare, effusi omnis
 sexus, omnis ætas, litora, uias, cōpita, campos compleūt,
 ut benignissimam principem commune omnium gaudium
 conspiceret, & uel gestu uel nutu salutarent. Quippe rex ipse tantæ felicitatis suæ gaudium publico eoq;
 aureo numismate ad perpetuā memoriam testatus est,
 in quo illud euangelicum uerbum legitur: Inuenta autem
 margarita una pretiosa. Verum si singulos qui illi in
 Hispanijs magnificentiae honores exhibiti sunt, hic enumerare deberem, profecto nullum oratio inuentura eset
 exitum. Neq; prætereat hic aliorum gesta recitare,
 sed diuæ principis nostræ proprias uirtutes enarrare

HEN. COR. AGRIP.

constitutum est, quæ ut erat tunc puella facundissima &
uiuaciſſimi ingenij, Hispānicam linguam paucis mēſis
bus edocta, tanta ſermonis ſuauitate, animi mansuetudine,
morum comitate ac imperatoria quadam & indici-
bili gratia effulſit, ut gratia cū dignitate, dignitas cum
gloria & autoritate certarent: nullis laboribus, non in-
dustriæ, non diligentia, non ſolertia pro gloria compa-
randa pepercit. Nihil inconsulte tentauit, nihil niſi cū
laude peregit. Hispānias omnes in longum & transuer-
ſum ad Gades usque magna cum laude peragrauit, uni-
uerſo populo, quacunque transiſbat quām gratiſſima,
ac ſi iucundiſſimo ſuo aduentu omnium ſalus aduentu af-
ſet. Quām profeſto ſi quis non laudat, non extulif-
ſet, non adorat, ueluti maiestatis reus, in penates, in
patriam, in principem infenſiſſimus, & ingratifiſſimus
huic ſeculo ab omnibus iudicatus fuifet, tam gratiam
ſibi apud Hispānos omnes, populos profeſto ingenio &
judicio pollentes, breui comparauit heroicis illis ſuis uir-
tutibus. Nam ſalutabat libēter omnes, comitate & man-
ſuetudine plus quām ſolent priuati, ſermones eius ſem-
per leti, festiui, periucundi, & pro tempore rerum au-
ditorumq; conditione, grauitate ſimul & prudentia re-
ferti, ſemper autem honestate & maiestate pleni. Au-
diebat omnes perhumaniter, respondebat perbenigni-
tatem, neminem à ſe tristem diſcedere permittebat. Fa-
cilitas & benignitas in familiam incredibilis. Tanta ſemper
modestia, ut neq; factis neq; dictis quenq; unq; liceſ-
ſeret, nemini unq; detraheret, nemine unq; uituperau-
erit: quin & alienos errores q; plurimos aut blande be-
nigneq;

ORATIO X.

migneq; excusaret: aut si excusationem non reciperet,
 modeste castigaret, uirtutes omnes honoribus & benefi-
 cijs persequeret, benefacta omnia quantumcunq; modi-
 ca, magnis tamē laudibus extolleret. Acerrima semper
 aliena laudis, dignitatis, honoris propugnatrix: nec in
 illos quidē, qui cum eam, tum maiores eius aliquādo nō
 paruis affecerunt iniurijs, unq; uel unum uerbum refu-
 derit cōtumelia. Quae cum iam etiam in eo rerū statu
 atq; fortuna cōstituta eſset, ut multa sibi in aduersarios
 & licere & poſe cognosceret, nullā tamen unq; uindici-
 tam, nullū bellum, nihil hostile, nihil violentū machina-
 ta est, sed malevolentia omnem potius beneficio extin-
 guere, q; iniurias bello & uindicta ulcisci nitebatur: ita
 omnia eius proposita, studia, conatus, uolūtas ad unum
 semper finem spectarunt pacis & cōcordiæ. Iustitiam
 ita peculiarem, quā ſi hæreditatis iure ſibi relictā, custo-
 diebat: sed clementia ſic temperatam, ut in maximis de-
 lictis mediocri poena contenta eſset. Liberalitate et ma-
 gnificētia admodū laudatiſſima, & ut erat in ea sum-
 ma nobilitatis maiestas cū ſumma animi magnitudine,
 cōſilio, prudētia, fide, cōſtantia, cōtinētia cōiuncta, ita
 erat in ea ſumma diuini cult⁹ pietas, ſumma Christianæ
 fidei religio. His heroicis uirtutib⁹ effecit, ut iā nō ſolū
 Hispania, et Gallia, ſed Germania, ſed Italia, ſed uniuer-
 ſus orbis Christian⁹ hāc unā loqueret, laudarēt, celebra-
 rēt, uirtutesq; tatas in adolescentula, in fœmina stupe-
 ſceret et admirarētur. Quod ſi oēs diuini animi ſui ſu-
 perexcelsas uirtutes retexere uellem, nunq; p̄e multa
 tūdine & affluentia illarum finis futurus eſset oratio-

HEN. COR. AGRIP.

ni, & angustia temporis, & quæ superest rerum agen-
darum moles nos adhortantur, ut illa in præsentia mit-
tentes, ad ulteriora procedamus. Cum itaque iam &
diua Margareta, princeps omnium reginarm, splendor
in Hispanijs, omni honoris et dilectionis genere celeber-
rima haberet, non potuit hoc ferre probis omnibus sem-
per inimica fortuna, quæ ut superius audistis, cum iam
primum illum Francia repudiata remisisset, deinde
in Hispanias nauigantem tempestibus & naufragijs
oppugnasset, rursus tunc eam principem in quam Cha-
rites omnes tot ornamenta cötulerit, funesta clade pro-
strauit. Nam maritum suum, præstantem adolescentē,
& in quem Ferdinandus rex & tota preterea Hispania,
non dubias spes collocauerant, fore ut per illum ex
Margareta principe immortalitatem quandam, iam
per tot secula uetusissimæ Gothorum propsgini adi-
piscerentur, ante triennium concitata, inexorabili Par-
carum sorte abstulit. Nec diu post filium, quem gesta-
bat utero, in quo tota residua spes collocata erat, nix
dum natum, non absque proprieuitæ periculo, pari cla-
de surripuit, tota Hispania mox ingenti luctu comple-
ta, cum tandem non supereßet cui tot regna destinaren-
tur, aliushæres, siquidem & prior Ferdinandi filia re-
gi Lusitaniæ despontata, una atque filius eius sub eun-
dem annum obierant. Philippus diuæ Margaretae fra-
ter, cui altera Ferdinandi regis filia collocata fuerat,
tanto imperio successor designatur: atque omne Hispani-
arum imperium à ualidissimis Gothorum ducibus, per
quinq; supra octoginta coronatos reges perpetua suc-
cessione

ORATIO X.

cessione strenuissime rectum, tunc ad Austriacam familiam translatum est. Margareta uero amissō uiro & filio, ex Hispaniis in patriā rediens, per Gallias & Francorum regnum iter fecit: ubi per totum regnum, quaque transibat, omni magnificentia honorificentia que affecta, per singula oppida & ciuitates officiosissime excepta, in eius gratiam et singularis clementiae symbolum aperti carceres, donata uenia sontibus, impunitas conceſsa maleſicis, innumerāq; alia reuerentiae officia singulari fauore illi exhibita: nec minori fauore & reuerentia reuersa in hanc suam patriam, à prouincialibus excipitur. Non enim potest diu in occulto late re uirtus. Splendet undique & remote lucet, & quo magis diuersa fortuna atteritur, hoc semper exurgit illius prior. Ergo cum una eſſet Margareta Princeps uirtutum decus, & lucerna optimis moribus, & exemplis prælucens, uix annum domi morata, à Philiberto Allobrogum & Pedemontium subalbinæ Galliæ Italiae' que florentissimo principe in matrimonium postulatur. Is ducum longe potentissimus, imperatoria & regia stirpe natus, cuius fines in Gallia & in Italia longe lateq; diffusi: hic Allobrogibus, Garocellis, Centronibus, Carturigis, Latobrogis, Veragus, Vocontiis, Antuatibus, Segustianis, Sequanis, Lemanis & alijs plerisq; populis imperat: inde uero subalpinam Italiam, quæ Pedemontium dicitur, prouinciam amplissimam, oppidis & arribus populatissimā possidet, cum quibus et Augustam prætoriam, Sybillinam, Eporedium, Apollineas, Vercellias, Phætonteā, Taurinum, Montēnicum, ab Annibale

olim

HEN. COR. AGRIP.

olim admiratam, munitissimas ciuitates, & ad Ligustum mare Niceam nobilissimam urbem, atque portum Herculis, quae hodie dicitur Villa Franca, trophaeis Cesaris claram, tenet: utrisque & generis nobilitate, et ditionis amplitudine illustrissimus, et plerisque etiam regibus antecedens. Paternum & autum genus a priscis illis Saxonibus & Othonum familia, nunquam interrupta posteritate recta linea accepit: Maternum autem genus, ex ante quo Francorum sanguine traxit. Mater illi fuit Margareta Borboneensis, illustrium matronarum principes sapientissima, & Isabellae illius quae nostrae principis maternaavia extitit, soror germana. Huic tam generoso ac simul formosissimo principi cum iam nobilissima uenustissimaque princeps Margareta faustissimis omnibus nupta esset, ut erat iam maturioris adolescentiae, annum agens circiter secundum supra uigesimum, tum alijs uirtutibus, tum praeceps consilio, prudentia, equitate, iustitia, & incredibili religionis obseruantia, per uniuersas illas prouincias, tanquam coelestem quandam lucem effundebat. Tanta sapientia pollebat, ut iudicium eius uelut diuinum quoddam oraculum sanctitatis honestatis que plenum haberetur. Quibus illustribus uirtutibus sic Allobroges omnes atque Pedemontanos Iltatos in sui dilectionem, reuerentiam & admirationem traxit, ut omnes eius mansuetudinem colerent, maiestatem obseruarent, iudiciumque pertimescerent: tantamq; amplissimam autoritatem, tantum animorum consensum, tantam fidem adhibentes, ut nihil contra eius sentiam faciendum decernendumque putarent. Proinde applause

ORATIO X

aplausus erat maximus uidere, nullam fœminam uirō
 gratiore quam illam suo, non uirum ulli tam cordi fuisse
 uxori atque ille suæ. Dij boni quanta uoluptas, florentissi-
 mo principi nuptam clarissimam principem, iuuensem
 iuueni, pulcherrimam pulcherrimo, amantissimā amans
 tiſimo, ut iam nullam felicitatē illis fatorum indulgen-
 tia maiorem tribuere potuifet, quam ut in hoc periu-
 cundo amore, et tranquillo otio, aſpicatæ prolis pare-
 tes facti, illis in extremam senectam requiescendum
 fuſſet. Verum inuidit hoc illis nimium crudelis fortu-
 na, ac tam felicissimum coniugium post paucos annos
 indignissima clade funestauit. Nondum enim quatuor
 annos nupta, nullius prolis mater facta, amantissimum
 maritum extulit. Nec diu poſtea etiam germanum frā-
 trem ſuum Philippum, Castellæ glorioſiſimum regem,
 Hispaniarum omnium principem, acerba fatorum ſer-
 rie amifit. O fatorum æmula crudelis et impia fortu-
 na. Hæc tua ſcelera, hæc tua facinora, hæc tua ludibria,
 quæ probis omnibus inſidiosa et infeſta, non niſi ignar-
 uis et improbis impenſe faues. Num tibi ſatis erat,
 quæ in hanc optimam principem indigniſſime luſi-
 ſti hactenus, niſi rurus atque iterum illi tam amantissi-
 sum maritum, tam dilectissimum fratrem, utrosque
 florentiſimos principes, è complexu, è ſinu, tam immo-
 turo interitu tam immaniter eriperes. Quæ princeps
 à fortuna tot laboribus, tot ærumnis, tot acerbis euenti-
 bus persecuta dici aut ſingi potest? Quæ unquam orbis
 regina in tanto fastigio eiusmodi bella cum fortunæ
 geſſit inuita, ſicut hæc noſtra ſplendiſſima Mar ga-
 ſa?

HEN. COR. AGRIP.

retat' nihil a uirtute maiorum suorum degenerans , nec ad res magnas gerendas animum gerens remissiorem . Et licet adhuc iunior , duo de triginta annorum esset , perpetuo tamen manere uidua secum constituit , omnemque reliquam uitam in cælibatu pudicissime uixit . Clades omnes calamitates que domesticas , interitum uiri , mortem fratris ita constanter moderate que pertulit , doloris acerbitate , violentiam fortunæ , animi magnitudine coercens , comprimens , atque uincens , hoc usurpato Gallico uerbo (fortune in fortuna fortuna) in felicē sortem suā posteritati testari contenta . Philippo Margaretae fratre et principe nostro , sub cuius imperio iam aliquot annos felicissima pace fruebamur uita defuncto , rursus claudicare cœperunt , quæ uiuo eo pacta fuerunt , rursus que ad dubium statum , ad regimen incertum redacti , & inimicorum nostrorum insidijs , insultibus , prædis , incursionibus expositi eramus , hostes que finiti , non uirtute sua , sed calamitate nostra , fortiores facti , res nouas moliebantur . Bellorum magna suspicio undique arma prorumpere , cuncta timore trepidare uidebatur : nec ullum auertendi belli , nec suscipiendi , nec declinandi , nec sustinendi consilium , nec uincendi illa spes erat . Præterea principes patrij prouinciales que , & cæteri tum nobiles tum ciues & plebei in diuersa distracti , omnis prouincia plena terroris erat . Quid faciendum erat in rebus desperatis ? Abesse cogebatur Maximilianus Cæsar , Carolus nepos adhuc pueritia imbellis non erat quo duce tantum malum amoliri spe rarem , nullum præsidium erat , nisi in deorum immortaliū

ORATIO X.

calium supplicijs, quorum intercessione placatus omni-
 potens deus, qui nos non usque adeo exos os habuit, pro-
 uincialibus & rectoribus tandem unanimem mentem
 dedit, & procul circumspicientibus Margaretam prin-
 cipem uiduam, & in suis antipherenis se se continetem
 illis ostendit, quae sola propulsandi belli, & concordandē
 tot disidentes populos, tuendiq; nepotes cōmodissima
 eset atque securissima. Hanc tunc omnes certatim nun-
 cupabant, hanc clamabant, hanc uolebant, hanc commu-
 ni uoto gubernatricem sibi tot potentes prouinciae po-
 stulabant. Quod ut uolebant, ut optabant, atq; eo tem-
 pore optandum maxime fuerat, ita concessit Maximili-
 lianus Cæsar, atque ipsam diuam principem Margare-
 tam huius imperij cohæredem, iustissimam rectricem
 agnouit, summa autoritate constituit, summa pietate
 pronuntiauit, ipsiq; omnium harum prouinciarum im-
 perium tradidit gubernandum: cuius curam omnem,
 ipsa non minori cum in parentē tum in patriam pietas
 suscepit: rediens que iterum in hanc patriam, uelut
 numen aliquod è cœlis in salutem hominum prolapsum,
 sic mox iratissimorum hominum mentes flexit, tumul-
 tus plebis sedauit, priuat as nobilium inimicitias sustuo-
 lit, contentiones prouincialium acerrimas pacificauit,
 suspiciones omnes abstulit, obsequium ciuitatum, bene-
 uolentiam rectorū inter se conciliauit, rem omnem ita
 composuit, ut & optimatum dignitatem non minuerit,
 & populares à potentum uiolentis concussionib; stutos
 cōseruauerit. Vestram deniq; ô nobiles dignitatem quo
 studio defende rit atque auxerit, fortunata illa ordinis

HEN. COR. AGRIP.

uestri conditio testatur. Tum ad finium custodiā
conuersa, recensendo arces, distribuendo præsidia, re-
cognoscendo præfecturas, arces & munimenta ab ho-
stibus iampridem diruta & incensa refecit, munitiorē
turribus & mœnibus oppida suis ordinibus instruxit:
nullos labores, nullas occupationes, nullas molestias de-
clinauit, nullis consultationibus, nullis interponendis de-
cretis desuit, omni tempore pro patria, pro republica
impediri ssima, quousq; omnia cōpleret. Prouincias oēs,
quarum accepérat ditionem, sic administravit, ut eius
imperium probarent omnes, pœniteret neminem. Erat
in ea quoddam temperamētum severitatis atq; clemen-
tiae, ut nunquam à iustitia misericordiam, nūquam à mi-
sericordia iustitiā remitteret, omnibus reddendo iure,
& libellos sua manu subscribendo, promptissima. Dili-
gens in cōsultando. Cū prouincialibus de rebus maiori-
bus, nonnunq; etiam cum extēnarū gentium legatis de
liberando, que ad publicā pacem & reipublicā salutem
cōducere uidebātur. Omnibus semper & maioribus et
minoribus mansuetissimā sese exhibebat, hospites et ex-
ternos legatos oratoresq; magnificētissime excipiebat:
uictus aulæ suæ largus, & rerum oīm affluentissimus.
Neq; uero postremū inter laudes eius reposuero, quod
ut erat illi uox sonora, expedita lingua, promptū inge-
nium, fluēs & elegans sermo, grauis & sententiosa ora-
tio, plurium linguarū sciens, səpiissime orare solebat ad
populum: non raro etiam extēnorū principū ora-
toribus, cum ornatissima oratione, tum prudentissima
gravitate respondere. Ceterū nihil unquam per tyran-
nidēna

ORATIO X.

nidē egit, sed omnia æquitate & iustitia gesit. Ipsa nobiles in concordia, ciuitates in tranquillitate, uniuersum populum in pace conseruabat. Splendebat nobilitas, fulgebat aula, uigebat omnium artium quæstus, crescabant tabernæ, affluerant mercimonia, confluebant mercatores, augebantur nundinæ, florebant studia literarum, omnia felicitate gaudebant. Quod itaque subactis bellorum ardoribus, pacatis hostium animis pulcherrima hac pace, totius inferioris Germaniæ concordia, imperij gloria, uicinorum oīm quiete nos tuti & lati domi fōrisq; uiueremus, nullis oppressi uectigalibus, nullis obstricti exactionibus, nullis angarijs aut perangarijs, nullis indictis aut superindictis onerati, sed liberis cōmeatis, cōmercijs præ cæteris nationibus oīm felicissimi haberemur, totū hoc illius cura, illius opus erat. Nec quēque uestrū esse arbitror, cui nō sint hæc iam pridē cognita. Magnus nobis est hic campus, magnus cursus ad laudem apertus. Sed temporis ratio non patitur, nec auditorum præsentia postulat omnem gestorum illius seriem, & quas ter maxima princeps laudes merita est, retexere. Neque enim id nunc ago, maiora enim sunt, qut eis ullæ quadret oratio. Verum ex in mensa illorum turba passa quedam atque præcipua decerpam: quæ et si etiam tacente me uos non ignorare non dubitem, paucis tam hæc aperire, & memoriam uestram breuiter quæsi excitare admonereq; pergam. Nam ab initio huius imperij sui, cum Geldrorum dux tunc hostis mimacissimus, & adiutor Gallicis armis, hæc prouinciam ingens metu perterritet, & Francorū milites iam primū Cam-

HEN. COR. AGRIP.

paniae fines prædabundo exercitu ingredi, direpto
Tornauto insigni Campaniae pago, post annum deinde
reuersi & oppressuri Diestum oppidum, repulsi, incen-
so Hala oppidulo, obseisis, captis & direptis Thenis,
opinis spolijs onusti redeentes, cum in Arduenna syl-
ua præoccupati nocte consedissent, à Namurcensibus
intercepti, & plebeiorum pauca manufusi & trucida-
ti essent: Et Margareta princeps tam recenti imperio
se Francorum potentie imparem fore considerasset,
quo consilio, qua singulari prudentia, quo infracto
animo Henricum Anglorum regem tunc sibi adiunxe-
rit, ac Francorum & Geldrorum uim represserit, pa-
triam latrocinijs liberauerit, & nos felici pace frui
fecerit, nemo uestrum est qui ignoret. Non multo post,
sed eodē fere tempore fremescet tota Germania bel-
lis, feruebat uehementius Gallia, aestuabat Hispania,
incendebatur armis Italia, non Anglia, non remota
Scotia pacem habebant, non ipse ROMANVS PON-
TIFEX ab armis quiescebat, iterum que nobis cir-
cum circa hostis imminebat, totus orbis terrore & for-
midine plenus erat sola tunc Margareta princeps dis-
fidentem Christianitatem pacauit, & suo quasi nutu
restituit: quæ tot potentissimorum invictissimorum
que regum arma tunc in unos Venetos conuersa fue-
runt, quia mole & magnitudine imperij sui uicinis
exitio imminere uidebantur. Non sunt solum hec audi-
ta uobis & in triujs decantata, ipsi uidistis, ipsi inter-
fueristis inquam, anno salutis Millesimo quingentesimo
octavo. Quid nunc illa quæ postea egit, quam famigera-
ta, quam

ORATIO X.

ta, quam mira, quam memoranda? Quod Frisios populos, populos, inquam, acerrimos & efferos, gentemque ferociissimam ac plane ad effrenae libertatis propugnationem natam, & ingentibus viribus rebellantem, illorum provinciam amplissimam & invictam, urbesque opulentissimas munitissimasque sua virtute, sua constantia, suo consilio, non tam armorum quam benevolentiae vinculis ad ditionem cōpulerit, huicque imperio adiecerit, & imperata facere coegerit: Quod nec Philippus frater, nec Maximilianus pater, nec Carolus maternus avus potentissimi et bellicosissimi principes asequi potuerunt. At hodie gentes illae quantumvis efferae, et quae antea nil nisi libertatem & arma fremebat, pacatae oes conquiescunt, illiusque imperio admodum lētabantur. Ille fatus nunc tota illa provincia luget, luget, inquam, principem, quam in omnem posteritatem admiratur et potius sit, quam aliam unquam similem habitura. An non etiam omnimoda gloria dignissimum facimus est quæso, quod bellum illud postremum, cum Geldrorum duce toutes iam antea semper metuendo hoste susceptum, tanta cum virtute animique magnitudine gesit, quo usque tam potenti principi ac hosti, pacis & perpetui foederis conditiones dixerit, atque ut communis seruiret tranquillitati adegerit. In iuriarum & antiquæ hostilitatis usque adeo oblita, ut quem autoritate & armis ad concordiam reduxerit, etiam comitate & benevolentia in mutua gratiam & amorem repperit, plusque nouis officijs demerita fuerit amicum, que armis adorta sit hostem. Non minus præclarum uereque imperatorium facimus, quod Traie-

HEN. COR. AGRIP.

Etum ciuitatem opulentissimam populumq; potentem,
omnemq; superiorē et inferiorem adiacentē prouinciam
subactam, Brabantiae partim, partimq; Hollādie subie-
cit, imperiumq; hoc tot viribus, tot oppidis, tot arcibus
adauxit. Non male nota dico, stant oppida plus decem
et octo insignia et praeclara ac munitissima. Stant ar-
ces oppidaq; alia et municipia, oī: quidem egregia et
munita ultra ducēta, quæ huic imperio adiecit. Præte-
reto arcē illā munitissimā mōenibus, turribus, fossis, pro-
pugnaculis, copia rerū viribusq; instructissimam, quam
ipsa protuēda Traiectensi urbe ac procoercendis sedi-
tionibus recētibus his annis extruxit. Dicet hic forte ali-
quis, et cōtractiori uultu arguet, cōmunem hanc pluri-
morum optimatū atq; ducum laudē me huic uni atq; so-
li adscribere: qd' ego inficiari nō auderē, nisi tāta fuis-
set in principe hāc autoritas, ut ceteri oēs eius nutū ob-
seruarent: et quod illa prius suo cōfilio deliberaasset, se-
querentur, parerēt, obtemperarent, ac discentienti ad-
uersaretur nemo. Cui uniuersus populus sic parebat, ut
huic uni et inermi et fœminæ, cederēt uiri atq; armati
oēs. Cuius nutu tota prouincia uel ab armis flectebatur
ad pacē, uel à pace ad imperiū concitabatur armorum.
Quod et si multorum ad hāc quæ diximus praeclara fa-
cimora acceperūt, quibus suas laudes non inuidemus, nō
auferimus, non detrahimus: unius tamen principis con-
filio et autoritate regebantur omnia: fateor enim inge-
nue, non me posse unius Margaretæ principis gestanar
rare, quin simul etiam colligenda sint multa in hac una
multorū ornamenta, de quorū laudibus atq; splendore,

ORATIO X.

cum et multa et illa quidē p̄eclarā atq; illustria sese di-
 cenda offerant, cum non sit hoc nostri instituti, multa
 p̄eclarā trāseunda mihi esse video. Trāseo igitur nūc
 ad id quod potissimū est, atq; oīm linguis et literis mo-
 numentisq; extollendū : Quòd cum inter Carolū Cæsa-
 rem et Franciscū Francorum regem post tot cruentis-
 sima bella, iam ad extremas etiam iniurias uentum es-
 set, & utrinq; deplorata concordia uideretur, nec spes
 ulla pacis eset, nisi utramuis in partem bellorum uicto-
 ria maxima mortalium clade alteri exitium attulisset:
 tam dirum, tam pertinax, tam calamitosum & uniuer-
 so orbi Christiano exitiale dis̄sidiū, quod non à potētis-
 simis regibus, nō à Christianæ religionis summo pontifi-
 ce componi nec placari potuit, ipsa, & ipsa quidem so-
 la, & ad suam sentētiā composuit, restituit, refecit. O
 diuinā diuinæ principis sapientiam. O nunc tam & in-
 fatigabilem prudentiā. O potentiissimā uirtutē. O cle-
 mētiā eterna memoria celebrandā. O p̄eclarissimū
 facinus, nullo unq; tēpore intermoriturū. Sola ipsa, atq;
 sic sola, ut nullā secū alia id sibi arrogare queat, execrā-
 dum ab omnibus, & exacerbatū tot iniurijs odiū, qd' tā
 multos annos inter inuictissimos reges imoleuit, è medio
 substulit et extinxit. Sola iniectam clarissimis regibus
 (haud dubio stygijs erynnib⁹ hāc immittētib⁹) abyssalē
 caliginē illustrauit, regesq; sibi mutuo infestissimos ho-
 stes, nō solū pace & cōcordia conciliauit, sed et perpe-
 tuis p̄pinq; atq; neceſſitudinis uinculis adstrinxit,
 affinitate, et fraterno more arctissime cōiunxit, copu-
 lauit, adunauit, iniuriarūq; oīm oblita potentissimis &

HEN. COR. AGRIP.

antiquissimis hostibus, qui cum patre suo, cum auo suo,
cum socero suo, cum nepotibus suis, tot cruentissima &
atrocia bella toties gesserunt, salutem dedit: etiam de
suis suorumque cum fortunis tum uiribus non minimum
remittens, insuper & officijs demeruit atque uicit. Vbi
sunt nunc tot ac tantae tamque incredibiles uirtutes, ma-
gnanimitas, prudentia, consilium, iustitia, liberalitas,
clementia, munificentia? Vbi uenustas, ualetudo, agili-
tas, dexteritas? ubi nobilitas, quae uel sola digna erat im-
perio? ubi rerum gestarum gloria? ubi princeps illa, quae
perpetua luce illustrium exemplorum patriam nostram
illuminabat atque illustrabat optimis institutis? Proh
dolor, extincta est, extinctum est nobis lumen illud nobis
litatis clarissimum & splendidiissimum. Discessit pre-
dium patriae, splendor, gratia, consilium autoritasque: quae
plebis incolumentate, quae ciuium concordiam, quae nobilitatem
splendorē, quae oīm nostrum salutē studiofissime semper
diligentissimeque curauit: quae tot capitales inimicitias,
tot priuata odia toties reprehēvit, sopiuit & extinxit:
quae toties disidentes Christianos principes concilia-
uit, pacauit, & felici paci restituit: quae has potentissi-
mas prouincias tam multos annos ita rexerit & gubernava-
uit, ut nihil illae sub suo imperio perpeccet & sint calamita-
tis, ita conseruauit, ut ceteris circum uicinis prouin-
cijs & populis, diuturnis & continuis bellis uexatis,
nos soli tranquillissime pacatissimeque uiueremus.
Ouere optimam ac heroicam principem. O felices at
que perbeatos populos, quibus talem principem atque
gubernatricem habere contigit. O nunc miseros &
callos

ORATIO X.

calamitosos, quibus talem rursus contigit amittere:
 haud dubie nostris demeritis petis id exigentibus. Qui
 cum indigni facti esse mus tant a principe, ideo deus illa
 nobis abstulit, quod suam esse maluerit: Nam cum uix
 quinquaginta duos annos consecerit, immatura fatorum
 acerbitate nobis sublata et extincta est, extinctae simul
 tot præclarissimæ uirtutes, quas nunc fletu magis quam
 laudibus ullis exprimere conuenit. Heu nos miseris, heu
 nos infelices. An forte sperare audebimus aliæ, quæ con-
 silio, quæ prudentia, quæ tanta rerum experientia, rei-
 publicæ studijs inuigilare, eaque regere & administrare,
 & qualem ab hac diua principe relicta acceperit, tal-
 lem continere & conseruare possit? O utinam id non
 tam sperare quam uere confirmare possemus. Sed quam
 difficile est magnorum ædificiorum fundamenta, sine
 totius structuræ concusione alio transferri: tam diffi-
 cillum est imperium quodcunq; absq; reipublicæ in-
 genti turbatione alio deferri. Que erit illa, quæ gratia
 consilio, moderatione, iustitia, experientia, magnitudo-
 ne animi, & reipublicæ administrandæ scientia illi con-
 ferri, aut uitæ integritate, autoritate, rerum gestarum
 gloria illa adæquare possit? Quæ una erat præ sui sexus
 ordinibus æternis præconijs extollenda, cui nulla secu-
 la maiore nedum parem protulerunt. Heu erepta est no-
 bis princeps illa & gubernatrix, atq; præsidium firmum
 & constans, quæ libertatem nostram, quæ pacem, quæ otium,
 quæ tranquillitatem, quæ salutem nostram studiofissime
 atq; acerrime defendebat: cuius præsidio quandiu
 uixit freti, nullum periculum, nulla tempestas nobis no-

HEN. COR. AGRIP.

cere potuerūt. Quia nūc sublata, relicta est omnis prouincia instar nauis, quæ undis insurgetibus, spoliata magistro & solito carens gubernaculo, æstuosissimis fluctibus atq; procellis agitatur. Sed nequaquam est nobis desperandum. Non est abbreviata manus domini, quæ nos protegat. Habemus Carolum imperatorem felicissimum, & Ferdinandum Cæsarem strenuissimum, utrumque augustum, in quorum fidem & securitatem omnia facta & successus nostros tuto collocare & possumus & debemus. Est etiam illorum soror Maria illustrissima, nuper Ungariæ regina, nunc uida: quæ si nobis gubernatrix contingat, sperare licet illum hac diu Margareta amita sua nobis non minus beneficam futuram. Ade te ergo nunc mihi gloriissime Cæsar quanta possum maxima atq; altissima uoce sermo uertendus est: præceptam iam tibi talem amitam, sed plusquam matrem, cuius salute non minima tua salus tranquillitas' que constabat. Amisisti sociam curarum tuorum, præsidium consiliorum tuorum, omnis fortunæ & dignitatis tuae procuratricem, tot prouinciarum tuarum præfectam, quæ tantas ærumnas, tantos labores pro dignitate & defensione imperij tui sæpe suscepit, tot tumultuantes fluctus sæpe sedauit, hostes (quicunque tibi contigerant) superauit, pacauit, reconciliauit: fines patrios & aucti regni tibi latissime propagauit & amplificauit: ipsa tibi uictoram, patriæ pacem, ciuibus concordiam, plebi præsidia, opem defensionemq; reliquit. Tuam gloriam omni semper studio procurauit defenditque. Res à te gestas omnes, tanquam digitis numerabat, prædi-

ORATIO X.

prædicabat, recitabat. Cum'que post amissum virum
adhuc iuuens esset, in tuam gratiam coelebs uiuere dele-
git, ne heredum, si quos genuis et, diuisione, regnum
tuum debilitaret. Deum omnipotentem, sic quotidie in
succesus tuos reliogiosissime precabatur, ut quem ma-
gis prope tibi quam sibi cuperet esse propitium. Sed à
te digressus o maxime Cæsar, ad Deum optimum ma-
ximum orationem conuertam. Huius illa religionem
semper obseruantissime coluit, semper in illa cum glo-
riæ sine superstitione uixit, pro illa cum gloria acerri-
me pugnauit. Germani cœs hæresibus sic restitit, ut ni
ipsa fuissent, prouinciae istæ omnes supra quam superior
Germania, in profundissimas errorum hæreses prola-
psæ fuissent. Huc etiam spectat, quod in primis dicen-
dum erat, fundata per illam sacra officia, refectas sa-
cras ædes, restitutæ templo, & basilicas à fundamentis
magnificentissime extructas, quæ passim extant &
celebrantur, & que illa uirtutis & religionis sue mo-
numenta reliquit. Quam illa dij boni apud Segusios,
Bressanos hodie uocant, in suburbis ciuitatis Burgen-
sis augustissimum templum diuo Nicolao Tollentino
sacrum à fundamentis condidit, ac conuentum fra-
trum Augustinianorum magne congregationis Lon-
gobardie ibidem pie sancteq; fundauit, agros, mu-
nicipia & census perpetuos contulit, quibus fratribus
illis in singulos annos abundanter prouidit: in tem-
pli uero & monasterij extractione supra ducenta mi-
lia aureorum impendit, et adhuc plus uiginti milia pro
absoluendo tāto ædificio impēdenda restat. Illi maritus

suis

HEN. COR. AGRIP.

Suus Philibertus, ibi mariti mater Margareta, sumptuoso
miserabile sepulti iacent, quos penes & ipsa se-
pulturam de legit. Nam uero et apud Morinos, Flandros
in qua, extra oppidum Brugis in suburbio templum erat,
diuæ uirginis annuntiationi dedicatum, & à certis reli-
giosis fratribus cultum: quibus tandem intra urbem trans-
latis, uacans et desertum templum diuæ princeps intro-
ductis monialibus sororibus, quas rubras uocat restituit,
atq; in singulos annos statutis censibus cumulatisimo
& uere regio munere dotavit. Præterea in eadem urbe
in templo diuæ uirginis, ubi Mariæ principis & matris
sue corpus requiescit, ubi & Philippi fratribus sui corre-
positum est, queis cum ipsa cor suum uoluit reponi, in-
gentia dona contulit. Non minus etiam in regno Castel-
la in ciuitate Auila, in couentu fratrum beati Dominici,
quos penes prior maritus Ioannes Hispaniarum infans
sepultus est, pro illius salute, & lampades perpetuas
perpetuasq; preces ingenti ære constituit. Transeo in-
numeræ alia pietatis & munificentiae sue religiosa do-
na, templis, facillis, xenodochijs uarijs in locis exhibitæ:
quæ si omnia prosequi uellem, ipsa nos eorundem copia
obrueret. Sed illud præterire non possum nec de beo: Cū
eßet à longo æuo inter thesauris ducibus Sabaudie sa-
cro sanctu saluatoris nostri sudarium, quod illi quocunq;
irent cæteras inter prophanas sarcinas pro amuleto
circumferebant: id ubi rescivit Margareta nostra, prin-
ceps religione & pietate insignis, indignum scelus ar-
bitrata tam sacratissimum thesaurum sic inter propha-
norum manus inhonoratum uersari, capsam aurcam ux-
lore

lore plus duodecim miliiū aureorū donauit, in qua repositum custodiretur, marito persuasit: qui unā secum magnificientissimum facellum in arce Camberacensi, constituto ibidem Canonicorum collegio, maximis sumptibus extruxerūt: ubi deinceps omni reuerentia adseruatūt, stupendis claret prodigijs atque miraculis: quibus proculdubio diuina clementia ostendit, hanc à religiosissima principe impensam sacrosancto sudario uenerationem reuerentiamq; fuisse sibi acceptam atq; gratissimam. Sed habet hoc ex Austriaca & Burgundiaca utraq; familia, qui à suscepta semel catholica religione, pietate insignes, in ecclesiam munificentissimi semper extiterunt. Possem recensere ex utriusq; familie attauis multos admodum, qui pro fide Christi adserēda, pro ecclesia maiestate tuenda, sanguinem admirabili constantia effuderunt, & qui pro fidei constantia ac uitæ sanctimonia in diuos relati sunt. Sed ponam orationē modum, satis enim habet laudum quæ ita uixit, ut nulla fuerit charitate in pauperes, munificētia in religiosos, honorificētia in sacerdotes, obseruantia in pontifices, cum honestate morum, integritate uitæ, sinceritate fidei illi præferenda: ut si in comparationem ueniamus cum priscis illis reginis, certe nulla secula nobis non cessa sint: neq; ullam laudem tantam comperiemus, quæ ad magnitudinem meritorum suorum posset accedere. Cuius uita omnis integerima, cuius adolescentia non otio, non uoluptatibus confracta, sed quæ iuuētutem honestissimis exercuit laboribus, reliquam omnem ætatem negotijs & uirtuti intentam, cum maxima dignitate,

NEH. COR. AGRI P.

autoritate, gratia, tum optimis consilijs & illustribus
factis adornauit, aduersa quād plurima passa, utrāq;
fortunam experta, magnitudine animi utrāq; uicit
& sub iugum misit: nec prosperis nūnq; elata, nec fra-
cta aduersis. Patriæ saluti & præsidio fuit, omne ge-
nus hominum, etiam inimicos beneficijs affecit: iuuit
plurimos, offendit neminem: nec diuina nec humana iu-
ra contempst, nihil unquam flagitiose, nihil crudele,
nihil auare gessit, fautrix bonorum, amatrix cōcordiæ,
conseruatrix pacis, corpore, animo, factis, dictis inte-
gerrima: fide, iustitia, pietate, religione, cæterisq; quæ
ad sanctissimam ornatissimamq; principem pertinere
poſſunt accumulatissima. Sed amissimus heu amissimus
lucem illam, cuius ſplendore omnes illustrabamur. Ami-
ſimus illā sacram anchoram, in quam ſpes noſtræ tutiſ-
ſimæ & certissimæ confidebant. Miferrime ſumus af-
flicti, nihil calamitosius uniuersæ patriæ, nihil incōmo-
dius, nihil tristius, nihil dolentius nobis hoc tempore eue-
nire potuiffet. Quid agemus, quid habemus in quo nos
poſſimus conſolari nunc morte sanctissimæ principis
Sordemus in obſcuro omnes, flemus omnes, lugemus
omnes, lugent omnes inferioris Germaniæ prouinciæ,
ciuitates, oppida, uillæ, pagi, uicis, & patria omnis in
luctu, planctu, fletu, moerore & acerbitate uersantur.
Luget omnis ætas, omnis ſexus, omnis ſtatus, magni,
parui, decrepiti, ſenes, iuuenes, infātes, mares, foeminae,
uirgines innuptæq; puellæ. Luget Morini, Atrebates,
Arteſij, Aduatici, Bataui, Frisij, Namurtij, Neruſj,
Cymbri, Hamonij, Lucemburgij, Traiectimi, extin-

ORATIO X.

Etiam illam gubernatricem suam tam beneficam atque
 clementem. Luget Burgundia, lugent Caroletenses.
 Luget Mechlinia tam humanissimam dominam atque
 regnatrixem. Luget Sabaudia omnis' que subalpina Gal-
 lia extinctam tam piam atq; pudicissimam suam custo-
 dem. Lugent matronæ atque puellæ & omnis fœmi-
 neus sexus fati eius acerbitatem; amissam, surreptam,
 sublatam, que erat omnium uirtutum exemplum, ac to-
 tius sexus sui decus & ornamentum. Lugemus omnes,
 qui eam amisimus. Lugent amici, lugent etiam hostes,
 quibus toties ipsa pacem reddidit. Luget invictissimus
 Imperator Carolus, Luget potentissimus rex Vngariae
 & Cæsar Ferdinandus, causam doloris omnium iustissi-
 mam habetes, Lugent cæteri Christiani orbis principes
 & reges, qui omnes illi affinitate conjuncti sunt, tantæ
 principis iacturam, quorum oratores hic magna parte
 uidemus, uoce, uultu, gemitu, uestitu funestos atq; affli-
 ctos, et inter acerbissimos luctus nostros mœrore con-
 fectos lachrymari. Sed ab his digressus, orationē ad uos
 ô Provinciales conuertam, ad uos nunc loquor. Quid lu-
 getis? quid lachrymamini? quid fletis? Nolite flere su-
 per tam beatissimam principem, sed flete super uos &
 super filios uestrós. Nihil illa passa est mali per mortem
 cuius uita præclare acta, nullis turpibus illecebris, uolu-
 ptatibus, cupiditatibus inquinata, nullo flagitio, nullo im-
 pietatis scelere contaminata extiterit. Quod si honestas
 et pudicitia corpus, si animi uirtutes et optimi mores, si
 obseruatio iustitiae et religionis, si rerū optime gestarū
 gloria et præmiū, si pietas in parētes, in patriā, in amicos
 etiam

etiam in hostes: si protectio pupillorum & uiduarum,
si auxilium pauperum & orphanorum, si consolatio af-
flictorum, si labores pro catholica religione tuenda su-
cepti, si exterminatio hæresum, si constans & indubi-
tata fides, si bona opera quæ in hac uita peraguntur, si
mors patientissime & cum feruenti in deum amore
excepta, animum postq̄ corpore excessit possunt effi-
cere beatum, nequaquam nobis dubium erit, hanc beatissi-
mam principem nostrā Margaretam, rectā in cœlum
migrasse, ubi paratus est illi locus, in quo cū diis immor-
talibus felicissimo semper ævo fruatur. Absit ergo pute-
mus illi aliquid contigisse mali: nobis uero & successor-
ibus nostris ingentia inde succedunt incomoda, quibus
sublata hac restringe (nisi Cæsar prouiderit fortasse) rur-
sus discordie, iniuriae, factiones, finitimoru contemptus
& hostium, qui iam nihil non audebunt, omnia molien-
tur, insultus imminebunt. Quare non iam principis hu-
ius mortem, sed prouinciarū istarum, sed totius patriæ
casum calamitatēmque, iacturam & manifestam cladem
uobis censeo deplorandam. Ipsi superstiti, omnes felici-
ces nos prædicabant: ea autem uita defuncta, omnia ir-
luctum & lachrymas abuertuntur, & non est qui misera-
riam nostram consoletur. Sed hæ omnes nostræ querelæ
sunt, de illa nihil dubitandum est, quippe quæ miserias
has terras coelesti illo et æterno domicilio commutauit.
Cuius certissimam nobis fidem faciunt, cum bene acta
uita, tum quod omnia ea diligentissime absoluenter, quæ
catholicam & orthodoxam principē decent. Imminen-
tem sibi morte interrita expectauit: sacrosancta eccl-

ORATIO X.

sive sacramenta, & salutis nostræ uiaticum deuotissime
 suscepit. Et ut in uita fuerat omni modestia mansuetissi-
 ma, ita in mortis pugna summa cum tranquillitate de-
 cessit, religiosissimeq; deo omnipotenti reddidit spiritu.
 Mechliniæ uiuës sedem sibi delegit: ibi moribunda obiit,
 hoc currente anno salutis humanæ M. D. XX. æta-
 tis sua ferè quinquagesimo secundo, gubernij sui fermè
 uicesimo secundo aut tertio. Decessit primo Calend. De-
 cembris hora una & media post medium noctis. Sepul-
 chrum & monumentum corporis sui esse uoluit Burgis
 apud Sedusios, Cor suū Brugis penes Morinos uel Flan-
 dros, Viscera sibi uedicauit Mechlinia. Hoc amoris offe-
 cium marito, illud sanguinis & naturæ necessitate pa-
 renti, hæc benevolentiae uinculis patriæ debeban-
 tur. At nunc tandem orationi finem impono,
 ne mea impotenti facundia tam sanctissi-
 mæ principis laudes denigrare plus
 quam celebrare uidear. Celebrabun-
 tur enim melius & copiosius
 historijs, nec ætas uilla sua
 præconia conticescat:
 admirabuntur &
 obstupescant
 uirtutes
 suas
 posteri, inter diuasq;
 relatam omni pietate uenerabuntur.

DIXI,

G

HEN

HENRICI

CORNELII AGRIPPAE ARMATAS

militiae equitis aurati, Sacre Cæsareæ maiestatis &
consilijs & archiuis indicarij, de duplice coro-
natione Cæsar is apud Bononiam
historiola.

PRAEFATIO AD LECTORES.



RAEFARI MIHI LICET

(quod his qui interfuerunt testibus
uerissimum est) triumphum maxi-
me memorabilem, & multorum fide-
maiores me scripturum, quo inui-
ctissimus Cæsar Carolus eius nois

V. cum Hispaniarum tum utriusq; Germania et Roma
norum archirex, à summo Christi in æ religionis ponte
fice Clemente VII. apud celeberrimā Flaminia et urbem
Bononiam, primum in Longobardorum regem, deinde
etiam in Romanorum Imperatorem mudiq; dominum
coronatus est. Putabitis ut arbitror, ex rei magnitudine
ne forte ingenium meum metientes, pro sublimitate &
celitudine tantæ maiestatis, me nimium multa magno
uolumine scripturū. Atq; reuera optaueram ego plura
quæ scriberem, quorum maximam partem post terga
relinquere, uestramq; in his expectationem, inuitus li-
cet, fallere cogor, sermonis ubertate ob instructionis
inopiam exclusa, quam non nisi tumultuario exemplarē
festino calamo ex Italia ad serenissimā principem no-
stram diuam Margaretam transmissem, cum eius iussu

PRAEFATIO

In publicum edendam accepissem, ea officij meinecessitate inductus, qua obedieta meae sacramento debitam pietatem pro virium mearum captu exhiberem, editio nem acceleravi, nephas arbitratus tantae principis, cui mos omnino gerendus erat, desiderium differre, aut publico cum hoc et communis letitiae argumentum diutius suspenderet. Non est ergo ut hoc loci ex me effusam sparsamque historiam expectetis, qualem non dubito alios plerosque, cum Germanostum Hispanos et Italos, qui huic tam felicissimo spectaculo interfuerunt, in singula propensi, singula comprehensi, singulorum memores, rem maxima maxima etiam eloquentia et exactiore descriptione tradituros: quam ego etiam alibi inter annales amplius, et forte feliciori stilo tradere conabor. Sed nunc epitomen duntaxat eorum quae gesta sunt, et amplissimi triumphi breve compendium, quaequeque magis in aperto sunt, et multis potiora accipietis: quorum festiuissimis spectaculis licet impar et humili depresso mea serpat oratio, in hoc tam non improbabilis erit, quod ex fide recitantur omnia, quam longe plus quam eloquentiam ipsa desiderat historia.

G Y

Q V G

QVOMO

DO CAROLVS CAESAR IN
Longobardorum regem coronatus est.



NNO A CHRISTO NA
to Tricesimo supra millesimū quin
gentesimum, existentibus in Bo
nonia celeberrima Flaminie urbe,
sanctissimo patre Clemente VII,
summo Romanorum pontifice, atq;
diuno Carolo Cæsare eius nominis V. Hispania, Germa
nia et Romanorum archirege, ad quem tum multi prin
cipes et legati, ac diuersarum provinciarum proceres,
omnisq; Italica nobilitas effuso quodam & maximo
comitatu, ingensq; populorum multitudo confluxerat
uenerandū, octauo Calend. Martias, in maxima omniū
gratulatione Longobardica coronatio cœpta est. Dies
ille ubiq; festus, ubiq; solennis agebatur. Ciuitas tota fre
quens profusaq; in honorificentiam Cæsaris ferebatur.
Indictum iustitiam, clausæ tabernæ, expurgatae plateæ
omnes, et uir entibus frondibus instratae. Exornatae tape
tibus parietes, personabant campanæ, resonabant tim
pana, modulabatur vibia, ubiq; exultantium uoces audie
batur, omnia urbis loca in gentia lœtitiae signa præ se fe
rebant. Iamq; inualescente die, cunctisq; quæ ad regie
coronationis magnificentiam conducere uidebatur ma
gnifico apparatu dispositis, duo Cardinei ordinis pur
purati patres, uidelicet Medices & Dorius Cardinales
protinus palatium adeunt, ubi erat inuictissimus Cæsar,

DE CORONAT. IMP. HISTO.

rex catholicus, purpurea ac diuersis ramusculis argento crissato in extis uariegata talari toga induitus, aliquot principibus innumeraq; Italorum, Hispanorum, Burgundionum, & utriusq; Germaniae Alemannorum, aliarumq; diuersarum nationum nobilitate stipatus: qui à reuerendissimis illis patribus primum quibus decuit officijs salutatus, magno omnium applausu ad Longobardice Coronationis sacrum, quod in eiusdem palatijs sacello instructum erat, hoc quem dicemus ordine producitur. Prægrediebatur Cæsarem ornata auro & purpura, magnificis sumptibus ingens nobilitas. Post cuius agmen succedebant innumerii Barones, Comites, Marchiones, & plerique duces ac principes. E quibus proxime antecedebant Cæsarem, inclitus dux Ascalonie, & Marchio à Moia, qui regium ensim in sua uagina Cæsari præferebat. Tum generosus Marchio Asturicæ, regale sceptrum gerebat. Deinde magnificentissimus Alexander de Medices, summi pōtificis nepos, & dux Pennæ, aureum illud pomum mundi typum ferebat. Deum illustris princeps, sacri Romani imperij uicarius perpetuus, Bonifacius Palæologus, Marchio Montisferrati, regiam coronam ambabus manibus gestabat. Euestigio diuus Cæsar medius inter illos duos reuerendissimos Cardinales incedebat: quem à tergo proxime sequebatur, strenuus ac illustris princeps, Henricus comes à Nassau, & Marchio Zenneta, aurei uelleris miles, ac Cæsarei cubiculi præfectus primarius. Post quem externorum regum ac principum, uariarumq; gentium auratis uestibus Ora-

tores & legati: tum purpurati Senatores, candidati
 Consules, ac Scriniorum magistri, Secretorum scribae
 atq; Questores, reliquorūq; uulicorum agmina, singu-
 la pro sui ordinis dignitatisq; gradu discriminatum
 succedebant. Hac insigni pompa, ad (quod diximus)
 Sacellum usq; itum est, ubi prestat libatur Cæsarem re-
 uerendissimus cardinalis Dertusensis, qui clarissimo
 pontificatus habitu indutus, in pontificia sella sedebat
 ad altare, multorum antistitum ceterorumq; ecclesie
 prelatorum turba sociatus. Cui exhibens Cæsar debi-
 tam reverentiam, ab eodem quibus decuit officijs & ho-
 noribus excipitur. Conuersus deinde Cæsar ad altare,
 genubus flexis adorabat. Quem assumentes predicti
 duo cardinales, fecerunt sedere in medio ipsorum: &
 principes illi qui Coronationis insignia portauerant,
 suis per ordinem locis sedere iussi sunt. Tum insulatus
 cardinalis accepto prius à Cæsare consueto iure iuran-
 do, ex mandato beatissimi patris illi per Breue aposto-
 licum ab episcopo Maltæ presentatum sacris quibus-
 dam preculis ad hoc institutis benedicens, auspiciatissi-
 mum felicissime coronationis dedit exordium. Prodi-
 etusq; est Cæsar ad altare. Ibidem per aliquot sacro-
 rum ceremonias precesq; & inuocata alta uoce quam
 litaniam uocant, sanctorum suffragi, prouolutus in
 stratum illi magnifice paratum, iacebat. Peractis pre-
 cibus illis, accesserunt Cæsarem illustris comes à Nassau,
 & alter generosæ nobilitatis uir, Dominus de Noir, co-
 mes, Cæsarei corporis secundarius custos: qui attollen-
 tes Cæsarem, exuerunt illum utraque ueste sua, superia

DE CORONAT. IMP. HISTO.

re uidelicet toga & interiore subucula: relaxatisq; tho-
race & camisia, spatulas cum toto dextro brachio de-
nudauerunt. Quem cardinalis ille sacrorum antistes,
statis ceremonijs precibusq; sacrosancto catechumino-
rum oleo intra spatulas & in dextro brachio perun-
xit. Et reuerendus pater Guilielmus Vandenesse Cau-
riensis Episcopus, Cæsaræ maiestatis Eleemosynarius
primarius, cotum manibus gestans, uncta loca deter-
gebat. His peractis reuestitus suo habitu Cæsar, ductus
est in sacrariū: ubi sumpta regia abolla, toga uidelicet
argentea prælonga & desuper cincta, superindutusq;
regio patagio, ex uillosa purpura auro crispato inter-
texta, armelinis candidissimis pellibus suffulto, cuius
reiectum in terga humerale, circum spatulas diffusum
pendebat. Hoc regio ornatu testo capite consueto bir-
ro, medio duorum cardinalium regredium item Cæsa-
rem cum principibus, generosus uir Adrianus à Croy
Rhodij dominus & Cæsaræ maiestatis architriclinius
primarius, leuata indica arundine præibat, illustri co-
mite de Nassau à tergo prælongæ abollæ pariter atq;
patagijs fimbrias sustinente; ductusq; est Cæsar in so-
lium, quod illi iuxta summi pontificis cathedram para-
tum erat. Non longè sedebant cæteri principes, cir-
cumstabantq; purpurati proceres. Iam'que aduentu-
re cernebatur beatissimus pater summus Pontifex
suis cardinalibus & multis admodum episcopis eccle-
sieq; prælatis comitatus. Quo ad facelli ostium appro-
pinquante, aßurgens de solio suo Cæsar, illi in occur-

HEN. COR. AGRIP.

sum progressus, quā maxima potuit honorificētia Pontificem exceptit: à quo uiciissim benignissime consalutus, pariter cum illo ad altare regressus est, ubi utrisq; & Pontifici & Cæsari magnificis stragulis, ac aureis puluiniis instrata pulpita parata erant. iamq; procumbente ante solium suum Cæsare, Pontifex flexis genuis inclinato capite, rem diuinam quam missam dicimus, exorditur: Præelectoq; confessionis symbolo, ac data reatum absolitione, pontificiam cathedram descendit, Cæsare pariter in suo solio, ceterisq; cardinalibus & principibus suis in subsellijs sedentibus: Posita enim erant coronationis insignia supra altare. Interea reverendissimus cardinalis Dertusensis, papalem (ut uocant) missam solennibus ceremonijs peragebat. Cumq; uentū esset ad canticū illud, quod (qa ad gradus pulpiti catur) gradale dicūt, productus est Cesar per cardinales illos, qui sibi collaterales absidebant, ad pontificem: coram quo procumbens in genua nudo capite, ab eodem precibus aliquot sacrisq; ceremonijs benedictus est. Posuit'que pontifex in dextræ manus anularem illius digestum, anulum quem Pistauriensis Episcopus paratus tenebat, cui magni pretij adamus infixus erat: accinxit'que illum gladio super femur suum. Quem eleuatus in pedes Cæsar educens, & ter in aëra vibratum, terq; in terras defixum, porro supra sinistrum brachium suum reclinatum, reposuit in uaginam ad sinistrum latus suum: rursusq; procumbens in genua, coronam quam uocant chalybeam, pontifex non absque solennibus ceremonijs capiti eius imposuit, regem' que

Lom.

DE CORONAT. IMP. HISTO.

Longobardiae pronuntiauit: ponensq; in manus eius sce-
ptrum & mundū, ad singula sacris quibusdam precibus
& ceremonijs benedicens, plenariā regni tradidit ad-
ministrationem. Quem postea ad pedum beatorū oscu-
li prouolutum, & gratias agentē, reuerendiſimi Car-
dinalcs attollentes, in regiū solium inthronis arunt, re-
gemq; Longobardiae proclamarūt. Tunc assurgens in
pedes beatissimus pontifex, illud diuorum Ambrosij &
Augustini iubilcū canticum: (Te deum laudamus,) alta
uoce exorditur. Quod perinde pontificij catores sua
uiſima uocū melodia prosecuti sunt. Cōtinuata deinde
suis utrobiq; obseruatis ritibus Miſſarū solennitate, cum
cancretur antiphona illa, quam offertoriū dicunt, pro-
ceſſit ad altare Cæſar, & oblato munere suo, sacri cali-
cis operculū (patimā uocant) osculatus est. Rursusq; ad
canticū Agnus dei, accedens ad osculū pacis, pōtificem
in maxillā dextram summacum reuerentia osculatur.
Cumq; iam postrema Miſſæ antiphona (quæ communio
nis nomē habet) caneretur, productus iterum ad altare
Cæſar, ibiq; in genua procumbens, orationi religiosissi-
me intentus, ab ipso reuerendissimo Cardinale, qui pon-
tificiam Miſſam peregerat, sacratissimo Eucharistiæ fa-
cramento refectus est. Porrò peractis omnibus beatissi-
mus pater summus pontifex benedicēs populo, centum
annorū pœnitentiā singulis cōdonauit. Accipiens deim
de per manū Cæſarem, qui uenerant pompa, maximo
oīm cum gaudiore grediūt in palatiū, ubi mutuo sibi
congratulatcs consalutatēsq; unusquisq; reuersus est in
triclinium suum. Eadē die post sacram coronationē po-

G. v. meri-

HEN. COR. AGRIP.

meridianis horis ingressus est Bononiam, magnificen-
tissimus princeps Franciscus Maria Rouera dux Vrbi-
ni, Romanæ urbis præfector Cesareus, cui generosus da-
minus à Rhodio, Cæsarē domus magister primarius,
cum multis Cesareæ aulæ satrapis obuiam profectus, Cæ-
sareæ maiestatis uerbis honorifcentissime excepit: ne-
que minus pleriq; cardinales & episcopi cum pontifi-
cijs aulicis eidem duci occurrentes, utrorumq; magnifi-
ca pompa in urbē traductus est. Residuumq; diei illius
festiuissima lætitia transactum, instaurati magnificis
sumptibus ornatiissimi triumphi, extructi arcus, para-
tiludi, uariaq; gaudiorum spectacula, quæ urbs superba
publico ærario, tum officiosi ciues priuatis sumptibus
ultra exhibuerunt. Per uniuersam urbem, perq; subur-
bia, per singula compita, cantibus & tibijs dulcissimis
que uariorum musicæ instrumentorum modulis persa-
nabant tripudantium cateruæ, felicem sibi illum diem
congratulantes, ac Carolo Cæsari magnis lætitie clari-
moribus applaudentes: excitati igne stanta copia, ut no-
cturnas tenebras flamarum splendore exuperarent,
totamq; cum die nocte feliciissimis gaudijs pergerūt.

QVID SEQUENTI LONGOBAR- dicam Coronationem die actum est.

Poster die perduratis adhuc publicis præcedentius
gaudiorū ostentis, ciuibusq; Bononiësibus adhuc ma-
jora molietibus, nuntiat interea aduentus potentissimi
Allobrogū principis, quæ ducē Sabaudie hodie appelle-
lamus, tū aliorū quorundā è Germania superiore prin-
cipū, in quorū occurrere sum rapete undā in specie effusa
popule

DE CORONAT. IMP. HISTO.

populi utriusq; sexus multitudo extra urbē, oēs cāpos,
oēs uias oppleuit, dēfīsimisq; turbarū globis principib⁹
illisq; longissime procedere obuiā gestiebat. Cōspicitur
primū illustrissimus Sabaudiae dux Carolus, & Carolo
diuo Cæsari cognatus, cum insigni antistitū, abbatum,
comitum, baronū, aliorumq; nobiliissimorū uirorum, au-
ro & purpura resplendentium ornatissima turba, innu-
mera equitum multitudine longa phalanga aduentare.
Quod ubi in aula Cæsaris rescitum est, illustris comes
Henricus à Nassau, cum ornatissimo Cæsareorum pro-
cerum agmine aduentanti Allobrogum principi occur-
rens, regijs Cæsareæ maiestatis uerbis salutem illi an-
nuntiabat, felicem' que aduentum gratulabatur. Tradu-
xit' que intra urbem in palatium ad Cæsarem primum:
cuius manū exosculatus, & ab illo benignissime ex-
ceptus, post mutuas aliquot confabulationes dimitti-
tur, accedensq; pontificem, post pedum beatorū oscula
traducitur in diuersorū suū illi magnificētissime pa-
ratū, ubi ad imperatoriæ coronatiōis pompā (quæ in se-
quentem diem futura erat) se interea magnificētissimo
ornatu apparabat. Nō multo post Allobrogū principis
ingressū uenit serenissimi principis Ferdinandi, Vngā-
rie et Bohemiæ regis & Austriae archiducis, Cæsareæ
maiestatis germani fratri legatus et orator, nobilis et
reuerendus dominus Bernhardus, episcopus Tridentinus.
Venit etiā ex co mitibus Palatinis Rheni atq; Bau-
riæ ducibus, illustrissimus princeps Philippus, Cæsareæ
maiestatis agnatus, uterq; Teutonico apparatu et equi-
tū nūero cōspicuus, magnoq; nobiliū et equestris ordi-

HEN. COR. AGRIP.

nis strenuorum uirorum agmine stipatus: qui uicissim
non minori consalutationis pompa congratulationis que
gaudio excepti, sua ad diuersoria magno omnium applau-
su traducti sunt. Nimis longum foret recensere, quibus
honoribus principes illi à summo pontifice, à Cæsare, à
patribus, à Bononiensi magistratu excepti sint: quibusq;
felicissimis studijs dies illa transacta est, tota in princi-
pum illorū ingressum occupata. Omnes plateæ, omnes
domus, omnes fenestrae, omnia compita conspicientium
multitudine cōplentur. Occurritur illis undiq; ornatis
simis consalutantium, talemq; illis Cæsarem congratula-
tantium pompis. Hinc insignes apicibus sacerdotes, &
uetustissimæ scholæ, omni doctrinarū genere insignes,
cunis discipulis doctores: inde conspicuæ grauitate togæ
ti senatoræ, & municipali parpara uenerandi ciuita-
tis consules, festiuæq; liberæ nobilitatis iuuentus. Ferun-
tur omnes gaudio, siugulæq; loca publica letitia occu-
pabat. Ipsa plebs paup̄im portas ac fenestras uirentibus
seruis coronabat, alijs ad nocturna lumina funacula para-
bant, alijs lignorum strues congerabant, alijs fasces pice
& bitumine illitas ad flaminarum fomenta subiiciebāt,
alijs ad solennia sequentis dici spectacula, triumphales
arcus multiformes instaurabant, alijs trophea erigebāt,
alijs ludorum magnificentiam adornabant, alijs partas de
hostibus innumerabiles Cæsaris uictorias, superbe ma-
gnificeq; effingebant, alijs inuentas nouas terras, & ad
Antipodas usq; toto Oceano quæsitæ remotissimas in-
sulas ostentabant. Nullus aut etate aut uile etudine tam
imbecillis, qui otio detineretur, qui non aliquid ad publi-

DE CORONAT. IMP. HISTO.

cum gaudium, parietitia diligentiaq; aut excogitaret aut operaretur: non matronæ, non uirgines, non pueri, non tremulae anus titubantesq; senes suis muneribus uacabant, quo felicissimam Caroli Cæsar is in Romano rum imperatore coronationem, auspiciatissima solennitate pompa perpetuae posterum memoriae consecrarent. Sic tota illa dies cum in illustrissimorum principum illorum ingressum et consalutionem, tum in Cæsare Maiestatis in Romanorum imperatorem futuram posterum die coronationem, concelebrandam, festiuissimis laboribus transacta est.

QVA POMPA AVGVSTALIS CORONATIO INCEPTA SIT, ET QUO ORDINE SUMMUS PONTIFEX TEMPLUM DIVI PETROVI INGRESSUS.

DESCRIBENDA NOBIS NUNC EST AUGUSTALIS CORONATIONIS so'ennitas, quæ postridic à Longobardica coronatione peragēda restabat. Erat illa dies sexta Calend. Martias, dies ter felicissima terq; albo calculo signanda, dies qua in hanc lucem æditus Cæsar, maxima omnium spe, nec uana quidem, mundi dominus natus est, dies quade Gallis ab antiquo hostibus iam sæpe antea uictor, tum etiam triumphator, capto illorum rege, glorioſima et inaudita superis temporibus semper' que ueneranda uistoria potitus, unde tandem hæc nobis cum Gallis felicissima pax et affinitas parta est: Qua eadem die nūc Augustale Romani imperij diadema, è septimi Clementis summi Christianorum pontificis beatissimis manibus suscepit. Iamiam aderat optatissima illa dies, qua fugato atræ noctis nubilo cœlum maturimo crepusculo,

disse

HEN. COR. AGRIP.

disiecta obscura tenebrarū caligine, ante solis exorien-
tis radios adhuc propriæ lucis candore resplenderet, cū
discursu triumphali nobilium turbæ plateas complent,
tanta' que hilaritudine cuncta gaudebant, & serena fa-
cie gestiebat, ut præter peculiarem morem etiam equi
& canes, & quæque domestica hominibus animalia iu-
cundis gestibus uocibus' que exultare sentirentur, cano-
ræ' que auiculae suauissimos concentus ultra consuetum
adsonarent, exultantiū' que uocibus ipsum cœlum re-
boaret. Admurmurabant dulci Zephyro per flati are-
bores, erumpentibus' que odoriferis floribus turgentie-
bus' que gemmis, amœna uiridaria arridebant. Sic cam-
pi, sic nemora, sic prata florido uirore alacritatem
præ se ferebant, ut non bruma, sed uer ipsum parceret.
Omnis creatura futurum imperatorem temporum do-
minum orbis' que totius rectorem, uelut numen aliquod
cœlitus demissum uenerare videbatur. Longum c̄bet
hic referre incredibilem inæstimabilem' que uestium
ornatum, quibus inter se cum pomposi Hispani, tum
magnifici Itali & profusi Burgundiones, & uinci im-
patientes Germani, magnificientissimis sumptibus con-
certabant, & quisque quibus potuit quam maximo sum-
ptu cōparatis, suum præ cæteris in Cæsarem affectum
ostentare nitebat. Hi aureis, illi argenteis, isti holoseri-
cis, alijs polymitis, alijs planis, alijs uillosis tū infectis pur-
pura & tinctoris murice & cocco, tum Attalica Semira-
mida' que textura & Phrygio opere elaboratis, inser-
tisq; cum unionibus uariarū gemmarum lapillis resplen-
debat. Equi omnibus tales, quales Turnofuſe descri-
bit Vcr.

DÉ CORONAT. IMP. HISTO.

bit Vergilius, & Homerus ad Troiam uenisse narrat
Menonis. Ea erat pomparum solennitas, cui nihil adiunctum
ad gloriae magnitudinem potuisse. Iamque crescentibus
orientis solis radijs illuxerat clara dies, cum princeps
et satrapæ ceteri que nobiles, palatum protinus
adeunt, ubi in amplissimam basilicam, ad alteram palati
contignationem ascendentibus, omnes ad Cæsarem con
ueniunt. Quod ubi recesset pontifex, dispositaque
omnia, ipse prior pontificio ornatus sacrisque uestibus in
dutus, multis admodum cardinalibus et episcopis sin
gulis in pontificalibus eorum sociatus, templum diu Pe
tronij hoc ordine ingreditur: Prægrediebantur bini et
bini, cubicularijs, ostiarij et scribae apostolici. Post illos
duodecim Bononiensis scholæ veterani legum do
ctores equestri ordine et palatinatus dignitate a Cæsa
re recenter donati. Deinde octo eiusdem ciuitatis viri
patricij uenerabili pompa succedebat, quos sequebatur
Rector uniuersitatis sua purpura superbis. Deinde præ
tor urbis Bononiensis, quem Potestatem vulgo uocant, in
ueste aurata admodum conspicuus. Postea ibant audito
res Rotæ ceteraque iudiciorum officiales. Demum LIII.
cum episcopi tum archiepiscopi, singuli in pontificalibus
suis uenerabiles. Hos proxime sequebatur reuerendissimi
cardinales per ordinem uidelicet Medices, Dorias,
Grimaldus, Gaddi, Matuanus, Pisanus, Sanctæ crucis, Cor
narus, Grimanus, Perusius, Rauenates, Inchefordius, Cæ
pegius, Anconitanus, Sanctorum quatuor, Senensis, Farne
sius, singuli in suis mybris et pallijs, que pluviata uo
cant, quorum patagium scutum instar in terga dependet.

Dehinc

HEN. COR. AGRIP.

Dehinc duo ecclesiæ tribuni sive capitanei, quos Itali-
cum uulgas cōfaloneros uocat, magnanimus comes Lu-
douicus Rangon, & magnificus dominus Laurentius
Cibo, ambo armati incedebant. Post quos adhuc alij tres
reuerendissimi cardinales, Ceserinus, Cæsius & Cibo,
beatiissimo pontifici assistentes ambulabant, in quorum
medio sanctissimus pater Clemens, eius nominis papa
septimus, pontificio ornatus tripli diadema e corona-
tus, in aurea pōtificali cathedra ab octo purpuratis sti-
patoribus sub aureo umbraculo sublimis ferebatur. Quē
deinceps ingens abbatum, protonotariorum, aliorumq;
cum ecclesiasticorum prælatorum tum secularium nobis
liumq; satraparum magnatum' que turba sequebatur.
Cum' que iam beatissimus pontifex intra templū prædi-
ctum ad altare maius usque applicuisse, singulis sua lo-
ca occupantibus, incepit officium, quam concinen-
tibus psalmis, Tertiam uocant: tum exhibita pontifici
consueta obedientia, à seniori cardinali Farnesio ince-
pta, singulis deinceps pro sua creationis ordine cardio-
nalibus manum pontificis deosculantibus. Proinde sin-
guli archiepiscopi, post etiam episcopi consimili ordine
ad pedum oscula processerunt. Interea missi sunt duo
ex reuerendissimorum cardinalium cœtu, uidelicet Sal-
uiatus & Rodolphus Diaconi Cardinales, ut Cæsarē ad-
ducerent in templum, qui hac quā nunc dicemus pompa
palatio egreditur.

QVO ORDINE EX PALA-
TIO ITUM EST IN TEMPLUM.

Ante

DE CORONAT. IMP. HISTO.

Anteibat ingens nobiliū puerorū caterua, pulcherri-
mam de se specie præbens: subsequebatur magno nu-
mero fulgidæ nobilitatis et equestris ordinis uiri, omnes
quidem magnifico ornatu spectabiles. Deinde complu-
res barones, comites, marchiones & pleriq; duces, et sa-
cri Romani imperij principes, quibus Cæsareæ aulæ di-
uersorum munerū præfecti, satrapæ succedebat: Deinde
de externorū regum atq; principū, uidelicet Franciæ,
Angliae, Scotiæ, Lusitaniæ siue Portugalliaæ, Vngariæ,
Poloniæ, Bohœmiæ, Austriæ, Sabaudiæ, tum etiā Cæsa-
ris multorū suorum regnorū principatumq; Castellæ,
Legionū, Arragoniæ, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ, Gra-
natæ, Burgundiæ totiusq; Austrasie & reliquo palu-
dati Heraldi, cæteriq; cum Feciales tum Caduceatores
et Corynophori inspectione digni ambulabat. Post quos
Cæsareæ aulæ architriclimi, quos uocat magistros do-
mus, cū suis arundinibus (Scipiones antiqui uocant) Ximè
& bini, pariter incedebat. Supremus autē et primarius
magister, generosus dñs à Rhodio, eleuata arūdime sua
sequebatur illos solus. Continuo Cæsar, & qui coronatio-
nis insignia ferebant principes, hoc ordine successerunt:
Primum ibat illustris princeps Bonifacius Palæologus,
marchio Montisferrati, toga holoserica coccinea indu-
eus & superuestitus ex uilloſa purpura, patagriata chla-
myde, candidissimis armellinis pellibus suffulta, tum et
maximi sumptus gémata tyara caput eius integebat,
sacrumq; imperiale sceptrum aureum magnificentissi-
ma cum arte tum impensa elaboratū, dextera præfere-
bat. Iuxta sequebatur illū strenuissim⁹ et magnanimus

H princeps

HEN. COR. AGRIP.

princeps Frāciscus Maria Rouera, dux Urbini, etiā suō
ducali ornatū incedēs, q̄ imperatoriū gladiū (cuius ca-
pulus et uagina arte aurifica et gēmaria supra omnem
æstimationē ad miraculū spectantiū sunt elaborata, sua
dextera eleuatū attollebat. In sequuntur istos p̄ ordinē,
ex Palatinis Rheni et Bauariae ducib⁹ illustris princeps
Philippus, ducali purpura ac tyara magnifice ornatus,
q̄ aureum mundū manibus sustinebat. Deinde potētissi-
mus Sabaudie dux Carolus in suo ducali habitu tā sup-
biissimo sumptu elaborato, ut tyara illius supra C. milia
ducatorum æstimata sit. Hic sacrū imperij diadema ex
auro obryzo pretiosissimis lapillis refertū, adeo q̄ sum-
ptuosum ut omnē æstimationē excedat, ambabus mani-
bus gestabat. E' uestigio diuus Cæsar Carol⁹ abolla regia
uestitus, supindutus ex crispato auro Babylonice & textu
ræ prælōgo patagio, corona regia insignis, medius inter
prænoīatos illos duos p̄tificio ornatū infulatos diaco-
nos cardinales incedebat, eiusq; postremas fimbrias illu-
stris comes Hēricus à Nassau sustinebat. Proxime dein
de sequebant̄ quatuor insignes episcopi, tum regū Fran-
ciae, Angliae, Scotiae, Portugalliae, Vngarie, Bohemiæ,
Poloniæ, ducis Ferrariæ aliorq; principū, tū Venetorū,
Genuensiū, Senensiū, Lucensiū, Florentinorū, et aliarū
gentiū oratores atq; legati, clarissimi quidē oēs. Postre-
mo Cæsarei cōsiliū senatores ac uiri consulares secreto-
rumq; scribæ, et reliqua togatorū turba suis discreta or-
dinibus succedebat. Deniq; post longū illorū ordinē no-
tiissimo loco fulgētes auro loricati aliquot bipenniféri,
processionis totius pompam cludebant.

Qui

DE CORONAT. IMP. HISTO.

QVIBVS CEREMONIIS AVGVSTA
lis coronatio perfcta est, atque genero
sus Adrianus de Croy dñs à Rhodio,
in comitem prouectus est.

Conuenerat omnis hæc multitudo, in ea quā diximus
altiore palatiū basilica, ex qua narrato ordine in in-
feriorē quæ in primo solario est basilicā descendebat.
Erat ibi perforato muro cōstructum ostiū per amplū, à
quo exirclus pons sublimis uirraq; partem munitus, et un-
dīq; uirūtibus seris ex hedera, myrto laurcq; uestitus,
inseruis pōficijs & Cæsareis clypeis, per forū mediū
ad ostiū tēpli diui Petronij per ducētos fermè paſsus, ea
altitudine, qua erat prima palatiū cōtignatio, sublimis
protēdebat, atq; exinde intra tēplum in chorū usq; con-
tra altare maius paulatim declinabat: ad cuius extremitā
cōtra ostiū tēpli in sublimi suggesto fabricatiū faciliū,
diue uirginis intra turres phanum repræsentabat: per
hunc pontē in tēplum usq; tota pōpa à sublimi procede-
bat. Cumq; iam Cæsar ipse ad facellum usq; (quod dixi-
mus ad extremitū pontis exirclū) peruenisset, à Roma-
nis canoniciis et decano diui Petri (q ad hoc ex urbe Ro-
mana Bononiam uenerat) correptus, ductus est intra fa-
cellum ad altare, ubi paratum illi erat pulpitū pretioso
tapeto ac aureo hypocorismate instratum, in quod pro-
cumbens in genua Cæsar, post breuē orationem uicario Romano
Pontifici præstítit, in manus Saluati cardinalis, ea for-
ma, qua Ludouicū Caroli filiū iurasse, Decreta confir-
mat. Tūc per uenerabile Ciceræ episcopum Ariostum

HEN. COR. AGRIP.

Ferrariensem, summi pontificis architriclimum indutus
Cæsarlinostolio, quod super pellicium uocant, acceptaque;
quæ dicitur amicia in canonicum sancti Petri inuestitus
est. Cui sic stanti ante altare, decanus & singuli per or-
dinem canonici, exhibita augustali reuerentia, manu deo-
sculati sunt. Egressus deinde sacellum illud, a duobus illis
ducibus cardinalibus medio interceptus, traductus est
intra templum, ad cuius ostium ab alijs duobus reuerendissi-
mis et post priorem senioribus episcopis cardinalibus,
Anconitano & sanctorum quatuor coronatorum, summa
cum honorificetia obuiam exceptus, post certas precu-
las intra templum abducitur. Vix Cæsar cum cardinali-
bus pretergressus ostium templi, in sequentibus aliquot ar-
matis stipatoribus, pons ipse super quem ingrediebatur
xx. fermè pedum longitudine confractus corruit, cecide-
runtque innumeri, unus aut alter moribudi, pauci uulnera-
ti inueniti sunt: res ab omnibus miraculo tenus habita, no-
nō oes una perire. Plerique hanc rem in omen uertentes, ex-
cofrasto ponte nullum deinceps aliū imperatore corona-
tū iri, uaticinari ausi sunt. Iamque Cæsar ingressus tem-
plum ad sacellum diuino Gregorio intitulatum traducitur, ubi
positis super pellicio atque amicia, per uenerabilem Cau-
riensem antistitem, sacris uestibus, humerali & alba, &
Dalmatica, & tibialibus, & sandalijs indutus est, ac im-
periali trabea circundatus, quæ Babylonicis ac Phrygiis
artibus contexta, & insertis pretiosissimis gemmis mul-
tiformiter variegata, sic ut cum descriptione sit diffici-
lis, tum pondere ferre importabilis, magnificentia eius
etiam supra omne pretium inestimabilis existat. Hoc
sacro

DE CORONAT. IMP. HISTO.

Sacro atq; pretiosissimo habitu adornatus Cæsar, duobus
præsulibus à quovis latere, uidelicet Barrësi, Palatinësi,
Brixiësi et Cauriësi, ac illustri comite de Nassau à ter-
go, gemmatæ trabeæ graue pōdus sustinentibus, medius
duorū cardinaliū ad medium usq; tēpli, cui loco Rotæ
Porphyree nomē indiderat, traductus est: ibi trinā be-
nedictionem accipiēs, proinde ducitur ad altare maius,
quod diui Petri apostoli Romana aram repræsentabat.
Ibi sup aureā mattā, aureo puluino subdito prouolutus,
usq; post cātatas litaniās aliaq; suffragia, permāsit: quē
postea attollētes duo cardinales, uidelicet Cäpegius pri-
or presbyterorū, et Cibo prior diaconorū, in sacellū dī
uo Mauricio adscriptum, adduxerūt: ubi p præstantissi-
mum patrē cardinalē Farnesiū Ostiensem antistitē, &
cardinaliū episcoporū priorē, sed & totius reuerēdiſſe-
morum cardinaliū collegij seniorē atq; decanū (exutus
prius & solitus uestibus) sacrosancto chryſmate, à dex-
træ manus restricta usq; in cubitum, atq; intra utrasq;
ſpatulas in dorſo, nō sine sacratissimis benedictiōibus et
ceremoniarū ritibus delinitus est, et puerandū Cau-
riensem episcopū deterſus, & quo fuerat induitus sacro
pretiosoq; amictu restitutus. Tunc rursus Saluatus et
Rudolphus cardinales qui Farnesio astiterat, unā cum
illo cōducunt eum ad summū pontificē primū, qui sacro
pontificij ornatu in sancta apostolica cathedra omnipo-
tentis dei uicarius sedebat inxta altare. Cui exhibēſ ſo-
lennem reuerētiā Cæsar, ſuper ſtratum magnificen-
tiſſimum ante illum procumbebat. Accedens autē ad al-
tare pontifex, rem diuinā pari religione, maxima cum

H iij ſolen-

solēnitate inchoauit: peractaq; cōfessione cū absolutio-
 ne, ac intonato p eum alta uoce Miſæ introitu, & suffo-
 co altari, accedēs pontificē diuus Cæsar, osculatus est il-
 lum in maxilla et in pectore: deinde præcedētibus prim-
 cipibus atq; coronatiōis insignia ferētibus, traduct⁹ est
 Cæsar in solium, quod illi paratū erat in imo chori, quo
 etiā abductus erat pōtīfex, in cathedrā illi paratā. Re-
 deuentesq; principes ad altare, posuerūt insignia, que p
 ceremoniarū magistrū q̄ sacris praeerat, locati sunt sup
 altare, reuersiq; sunt principes ad Cæsarē in subsellia
 sua. Intereacū res diuina diuersis ceremonijs usq; post
 canonicae epistolæ lectionē (quā duo acolyti, Ioānes Al-
 berinus subdiaconus ap̄licus Latinè, et Bracius Martel-
 lus camerarius pōtificis Græcè canebāt) pacta eſet, ad
 duxerūt Cæsarē prædicti duo cardinales ad pōtificem,
 ante quem sup puluillo aureo Attalicæ stragulæ iniecto
 in genua p̄cubuit. Tūc p episcopū Pistauriēsem subla-
 tus ex altari sacer gladius, et datus diacono cardinali,
 ē cuius manibus acti piēs illū pōtīfex, et eductū ē uagina
 suabenedicēs, dedit in dexterā Cæsari, et belli iura tra-
 didit, inquiēs: Acce p gladiū sanctū, mun⁹ à deo, in quo
 cōcides aduersarios populi dei Israēl. Quē rursus ac-
 cipiēs ē manu Cæsarīs, qui Miſæ ministrabat diaconus
 cardinalis, remisit in uaginā reddiditq; pōtifici: qiuā
 tibus cardinalibus accinxit illo Cæsarē sup femur suū
 sinistrū. Tūc surgēs in pedes Cæsar, eductū gladiū ua-
 lida dextra, ter in aēra uibravit, et ad singulas uices
 aciē in terrā defixit. Porrò remisit illum in uaginā suā,
 & reclinavit se in genua ante pontificē: qui solennibus
 cereo

DE CORONAT. IMP. HISTO.

ceremonijs ad singula bencdicēs, aureū illud pomū mū
di repræsentaculū, dextræ: atq; sceptrū immortale uir-
tutis et fidei pignus, sinistræ manibus eius p uices impo-
nens, orbis imperiū illi tradidit gubernandū, quod et il-
le magno aio regendum suscepit: Postremo solēniissimis
ceremonijs sanctissimisq; benedictiōibus impiale diade-
ma sacrato capiti imposuit, sacratissimū illi imperato-
ris nomē characterēq; contribuens. Mox oīs etas, sexus
et ordo, ad sacrati capitū diadematisq; conspectū effu-
siōsimo gaudio stupefacti, et quasi extra se positi sunt.
Quoruī intimā candidissimi animi lētitia, que res ma-
gis exprimere potuit q̄ larhrymæ, quæ paſsim ſpectan-
tiū genas irrigabant? Tūc prouolutus ad pedū beatorū
oscula Imperator, iacentē illum ad pedes ſuos Clemens
pōtifex clemētissimo affatu, iuuātibus cardinalibus at-
tollit. Tum diſcinctus eſt et gladius, et euaginatus tra-
ditus eſt strenuissimo duci Vrbinati, præferendus. Tū
duo illi reuerēdissimi cardinales, Saluiatus et Rudol-
phus, imperatore iam diadematē coronatū, in ſinistra
ſceptrū, in dextera mundū geſtantē, in thronū ſuum, q
iuxta ſummi pōtificis cathedralē magnificētissime appa-
ratus erat, produxerūt: et ſtatutis ceremonijs in thronē
ſarūt Caorlum V. Romanorū imperatore ſemp Augu-
ſtum, mūdi totius dñm, uniuerſis principibus et populis
ſemp uenerandū metuēdumq; denuntiantes. Sedebatq;
imperator ad ſinistram pōtificis, ſuperior primo cardī-
nali episcopo: aſſidebatq; illi duo cardinales diaconi, ſi-
c ut aſſidere ſolēt pōtifici, et quatuor episcopi. Inter ea
cātata ſunt p impatore suffragia, quā Litaniā uocant,

HEN. COR. AGRIP.

inuocantibus diuos cardinalibus diaconis, et respondētibus cātoribus: Tu illū adiuua: loco illius quod dici solet: Ora pro nobis . Finitis tandem suffragiorū supplicationibus, sanctū dñi euangeliū utraq; lingua, primū Latina per cardinalē Ceserīnū, deinde Græca per archiepiscopum Rhodiorū, alta uoce lectū est. Postea fidei Christianæ Nicenū symbolū dulcisima harmonia cantatū: Cūq; ad Offertoriū uentū eſset, imperator depositis in manus principū diademate, sceptro et pomo, ac simul magnificetissima illa trabea, nudus capite in sacra Dalmatica tunica procedēs ad altare, obtulit munus suū ad pedes pōtificis. Erat autem mun⁹ xxx. numū aureorū, et singuli ualoris ducatorū x. eò q; eſset ei dies illa natalitia, qua iam xxx. etatis annum cōpleuit. Consuevit enim quotannis die illa totidē numos aureos offerre, quot annorum tunc cōplet̄ et atatem. Facta oblatione offertur pontifici solennibus ritibus laudem: qui lotis manibus ac ceſſit ad altare: quē secutus imperator, ministrauit illi, et hostias et uinū, et aquā sacrificāda porrigit, dein de flexis genubus procubuit in pulpitū, aureis peristromate et puluinis constratū, quod illi paratum erat ad cornu altaris, permāſitq; ibi intētus sacro Missae canonī usquequo caneret: Agnus dei. Tum surgēs adiijt pontifice, illūq; osculo pacis in dextra maxilla atq; in pectore deosculatus ē. Tū secutus pōtificē ab altari, ambo reuerſi sunt ad sedes suas: iuxta quas pstrati in genua, iunctis manibus, nudis capitibus, deuotissimis orationibus intēti, sacratissimū eucharistiæ pabulū summa cū religiōe expectabāt, quā summ⁹ sacerdos et pōtifex sup patināre liqueſ

DE CORONAT. IMP. HISTO.

liquebat in altari. Accipiensq; cardinalis Cibo, q; diaconus
Missæ ministrabat, sacrâ patimâ, eleuâsq; ante altare, co-
râ uniuerso populo monstrabat, tradiditq; deinde alteri
cardinali Cesis, q; subdiaconu agebat. Hic accipiens illâ,
religiosissima reverentia pertulit ad pontificem: qui acci-
piens manibus eucharistiam, quæ maiuscula hostia erat,
benedixit & fregit per medium, in cuius una parte de-
uotissima mentis contemplatione Christi corpus depi-
stus est. Deinde allato sibi benedicto calice, sacratissi-
mum Christi sanguinem aureo calamo pari deuotione
exuxit: porro ex alio calice uinum ablutionis hausit. De-
inde fregit alterâ partem hostie, deditq; duobus cardi-
nalibus, Cæsarino diacono, & Alberino subdiacono. Co-
municato pontifice & duobus illis cardinalibus, procu-
buit ante illum Imperator: corâ quo illustris comes à
Nassau, & generosus dominus à Rhodio: hic cubiculi,
ille architriclinij, præfecti primarij, magnificentiissi-
mam mappâ ex byssô auro' que contextâ, atq; ex mar-
garitis alijs' que pretiosis lapillis elaborato sumptuoso
limbo circundata, tenebant. Tum pontifex Imperatori
sacrosanctissimum dominici corporis Sacramentum, in
alia minore hostia proprijs manibus ministrauit. Quod
cum ille deuotissima reverentia accepisset, surgens, pon-
tificem in maxillâ osculatur: rursusq; recumbens in ge-
nua, è manibus diaconi cardinalis, uinum, quod uocât per-
ceptionis, recepit, prægustante sibi reverendo Caurien-
si episcopo. Deinde pluribus orationibus à pontifice be-
nedictus, surgens regressus est in thronum suum, indu-
tuq; imperiali trabea, acceptis in manibus mundo atq;

H v sceptro

HEN. COR. AGRIP.

sceptro, imposito sacro capiti diademeate, uocari ad se
iu^sit generosum uirum Adrianum à Croy Rhodij do-
minus, iam dudū aurei uelleris militis adscitum ac ar-
chitriclinio supra cæteros præfectum: cui ante maiesta-
tem suā procumbenti, in hæc uerba locutus est: Non me
latent generose Adriane maiorū tuorū uetustissime no-
bilitatis imagines, eorundemq; erga prædecessores no-
stros ingētia merita: Sed nec tuā in maiorū tuorū uirtus
te imitāda cōstantiā ignoro, q; tua strenue gesta magni-
ficeq; facta exptus, dignū uirtutibus tuis præmiū refer-
re statuens, te unū uocauī et elegi, in quē huius sacri dia-
dematis primitias impenderē, teq; quod & merita tua
depositū uirtutes tue merentur, in sacri Romani
Imperij Comitem proueherem. Quæ dignitas nunc no-
stro Imperio gloria, tibiq; ac tuis successoribus perpe-
tuū decus esto. Sacri Romani Imperij comes bona fi-
de appellātor, tuoq; Rhodio dominio, cū adiacētibus illi
terrī tuis, tu & successores tui, deinceps Comitatus ti-
tulo fruūtor, equalē cū cæteris Rom. Imp. comitibus di-
gnitatē habento, paribus honoribus, priuilegijs, præemi-
nentijs libertateq; sine ulla contradictione utūtor. Qui
in istis contradicere tibi ausus fuerit, aut obstinatus nō
paruerit, sacri Romani Imp. rebellis, & maiestatis no-
stræ reus habentor. Attonitus insperatæ dignitatib; gau-
dio Rhodius Comes, cū longiore sermone Imperatori
gratias dicere intenderet, pontifex ad altare concessit,
Missamq; cū benedictione peregit, oibus & singulis cū
in tēplo tū foris, Impialis coronationis uenerationi intē-
ris plenariā peccatorū oīra remissionē condonans.

QVAB

DE CORONAT. IMP. HISTO.

QVAE IN FORO ET CIVITATE DV²
rantibus sacris interea gesta sunt, & quo ap
paratu Bononiensis populus corona-
rum Imperatorem uidere gesti-
ens, excipiebat.

DVm haec quæ diximus in templo geruntur, erant in
foro quod ante templum est, erectæ marmoreæ duæ
columnæ, supra quas insidentes, una prægrandis ac bi-
ceps aquila, duoq; à lateribus inaurati leones, qui episto-
miorum fungentes officio, interea quo sacra perageban-
tur, perq; totam diem & profundam noctem, hinc leo-
nes album, inde aquila rubrum, suauissima uina cōtinuo
profundebat: iuxta uero auratis cornibus et ungulis bos
Troianus, uarij g̃his minutis bestiolis cū quadrupedibus
tū uolatilibus infarcitus, integer in prælogia ac robustis
simi cuspide uolut⁹ torrebat. Pluebat à fenestris panes
artolagani, placētulæ, brachiola, panesq; dulciarij, tum
fructus uarij, poma, pira, castaneæ nuces, & incrustatæ
zaccaro auellanæ, amygdalæ, coriandri, atq; id genus
plura, quæ expectabundā plebem iuuentutemq; interea
cum resicerent tum solatiarentur. Præterea ingens ele-
ctiſimorum militum exercitus, multipli cataphra-
ctorum equitum turma, gemina & Hispanorum et Ger-
manorū peditū acie, numerosisq; sclopétariorū sagit-
tariorū, tū supra uiginti ingetiū bōbardarū machinis in-
structus, ne qua seditio oriretur, oēs aditus occupabat,
ac circa palatiū atq; tē plū custodias agebat: cui Anto-
nius de Leua dux primarius, noīe Cæsaris imperrabat.
Eratq; ipse armatus totus, sedēs in cathedra sua in foro
ante

NEH. COR. AGRIP.

ante prætorium, et cæteri militum duces, cum Hispani,
tum Burgundiones & Alemanni iuxta illum. Peractis
sacris data est mora quieti, dictaq; Imperatori Panegy-
rica quousq; populus tēplo excederet, cæteriq; ad pro-
cessionis pompam sese cōscensis equis in ordinem dispo-
neret. Iam ergo promiscuus utriusq; sexus populus, qui
supra centum milia hominum æstimatus est, egrediens
templo, per uarias turmas & cuneos Imperatorē suum
uidere gestiens, quo ille ingressurus eſset, serebatur: oēs
sui ordinis & decoris oblii, quem sors cuiq; locum obtu-
liſſet, occupabat. Cōscendūt alij testa, et summis pēdēt
tegulis, alij trabibus insident, alij columnis inplexi, alij
muri herēt: omnes fenestræ, omnes rimulæ suis spectato-
ribus refertæ: perforati parietes et diruptæ maceris,
quo oculos suos tam expectati Imperatoris spectaculo
populus expleret, nullus locus non occupatus, ne ijs qui-
dem, qui non nisi ruinosum & periculo proximum ca-
peret uestigium. Laborabant referta hominum pondere
re testa, neq; minus uias omnes densissimæ populi tur-
bæ opplebant: non ætas, non sexus, non ualeudo, quenq;
detinere potuit, omnes pari gaudio, pari alacritate ad
noui Imperatoris spectaculum tanq; ad numen aliquod
in communem omnium salutem è cœlis demissum, pro-
currere. Quid referā ciuitatis apparatus, publicæ pri-
uatumq; supra modum adornatos. Quicunq; uia ingres-
surus erat Imperator, expurgatae plateæ, & uiridibus
iuncis graminibusq;, & multorum colorum floribus in-
ſperse, suauissimos odores late profundebat. Parietes
omnes peripetas matibus auro purpuraq; distinctis, &
hinc

DE CORONAT. IMP. HIST.

Hinc atq; hinc longe pendentibus late radiabat, affixaq;
matronarū sumptuosa monilia, pendentiaq; longis tra-
ctibus aurea balthea, tum aurea et argentea uasa instar
scalarum per gradus exposita, crebris repercuSSI solis
radijs fulgurabant: neq; minus uenustissimæ quæq; mu-
lieres & puellæ in fenestris & porticibus per distincta
interualla dispositæ, pretiosissimis uestibus & monili-
bus ornatæ, transeuntium quorumq; oculos perstringe-
bant. Sed uicit priuata studia publicus apparatus. Ex-
structi arcus triumphales, erecta trophea, æditi ludi, ce-
lebratae multæ admodum Imperatoris felicissimæ victo-
riæ, parata ad omnes angulos spectaculorum ostenta,
& inscripta aureis literis encomiorum & panegyri-
corum heroica carmina. Nihil unq; uisum aut etiam au-
ditum festiuus, nihil latius, nihil magnificentius eius
dici spectaculo.

QVA POMPA POST CORONATIO nem publica processio habita est.

CAEterum nunc processionis ordo recitandus est: Di-
gressa enim à templo plebe, pontifex summus sacer-
dotalibus interea exutus, acceptaq; in caput magnifi-
cetissima corona ac triplici insignita tyara, unà cū Im-
peratore diademeate coronato, tēplo prodibat: ad ostiū
productus est pontifici niuei candoris equus gradarius
aureis habenis, ac monili frontalitio purpureoq; ephip-
pio insignis. Ad cuius strapedes insiliente pontifice cū
Imperator manum apposuiſset, uix passus hæc clemen-
tissimus pater, his uerbis Imperatorem alloquitur: Ne-
quaq; id feceris fili mi Imperatorq; invictæ, satis mihi
supraq;

HEN. COR. AGRIP.

Supraq; satis humanitatis tuæ obsequetiissima uoluntas,
quam tamen non in meam personam, sed illius cuius uices
gero, habeo acceptissimam. Cumq; i: m inscendis et
equum pontifex, apprehendens frenum Imperator, du-
ctoris obsequium illi aliquot paſsus exhibitus: quod be-
atissimus pater nequaquam paſsus est. Tum datus est
Imperatori equus, etiam niueo candore & sublimi alti-
tudine illustris, quin & magnificentissime cippiatis
phaleratusq; auro & gemmis undiq; refulgens: cui insi-
dens Imperator, altior omnibus eminebat, ut à cunctis
conspiceretur. Post cæteri principes totaq; nobilitas
conscensis equis, hoc ordine procedebant, ut duo et duo
pariter ambularent, pontificij à dextris, Cæsarci à sinis-
tris præequitabant,occo & purpura relucētes, cum
cardinalium pontificumq; tum principum secularium
familiares ministri. Sequebantur auro & argento ma-
gnifice fulgentes pontificij ac Imperatorijs satrapæ, et
phaleratis equorum maximi duces. Post quorum
agmen duodecim Bononiensis populi uexilla alba, rubra
cruce insignita, totidem signiferi pedites præferebat.
Quos euæstigio Tribuni plebis sequebatur, quibus sexde-
cim Bononiensium Collegiorum rubra uexilla succede-
bat, post quæ Bononiensis scholæ duodecim legum docto-
res, sua purpura aureisq; armillis insignes, atq; Bonon-
iensis urbis gubernator eleuata arundinem tenens, suis
Lateronitus & satellitibus stipatus: tum nobilis & stre-
nuus uir Angelus Raynuntius capitaneus iustitiae, pha-
lerato equo insidens, armatus & aurea lacinia sup am-
bus, Bononiensis urbis uexillum attollebat. Deinde

quæstor

DE CORONAT. IMP. HISTO.

quatuor rubra uexilla totidem pontificij satellites quos
huc ant cursores, ferebant: ad quæ pontificij cubicularij,
atque ipsa ducis Pennæ familia sequebatur. Post quos
antiquum populi Romani uexillum Iulius Cæsarinus
comes portabat. Deinde quod dicitur diui Georgij ue-
xillum iunior Marchio Anguillariæ gestabat. Postea
Romani Imperij Aquilam generosus ex Vergeria pro-
sapiabaro Autregius attollebat: succedebant, uexillum
pontificis, uexillum ecclesiæ, porro uexillum Crucis:
quorum primum comes Ludouicus Rangon, alterum
nobilis baro Gabriel Romanæ militiæ tribunus, tertium
magnificus Laurentius Cibo nudo capite gestabant. Se-
quebantur deinde sex albicantes equi superbissimis
ephippijs phalerijs magnificenter adornati, quos
totidem purpurati helciarij à manibus ducebant. Tunc
quatuor pontificis insignes tyaras totidem cubicularij
ferebant, quos deinde longissimus cæterorum cubicula-
riorum, acolytorum & pontificie aulæ clericorum
scribarum que ordo sequutus, tum caufidicorum, aduo-
catorum & Iurisconsultorum ingens numerus. Porro
audatores Rotæ suo ecco & purpura insignes obeque-
tabant. Sequebantur deinde tympanistarum, tibicio-
num, cornicum, tubicinum, singuli suum taratantara to-
nantum multitudo nō modica. Quos è uestigio sequun-
tur ostiarij, ianitores, lictores, uirgiferi, baculari, cory-
nophori: deinde principum regumq; & Imperatoria
Majestatis Heraldi suis paludamentis ac phaleris ma-
gnificenter. His succedebant diuersorum populoru-
rum principum atq; regum oratores & legati. Postea

Subdit

HEN. COR. AGRIP.

subdiaconus quidam summi potificis pastoralē baculum
triplici cruce insignitum praferebat, post quem alter
pontificiam praediuitem tyaram ostentabat. Sequuntur
alij duo, qui totidem ardentibus lycnis aurea candelar
bra gestabant. Deinde dominici corporis adoradum Sa
cramentum in sua capsula, super niuei candoris aurato
tegmme magnifice phalerato gradario ferebatur sub
holoserico umbraculo, quod duodecim Bononienium,
cum uiri patricij tum doctores physici sustentabat, atq;
duodecim candidae cerae ardentibus tedis pontificij cu
biculari ab utraq; parte comitabantur. Proxime dein
de sequebatur summi pontificis sacrista, candidam uir
gam manu gestans. Tum procedebat celeberrima pom
pa, ad septuaginta ferè diuersi ordinis & per sua di
stincti agmina comites, marchiones, duces & princi
pes, omnes aureis uestibus, et singuli suis lateronibus et
satellitibus magnifice stipati. Quos deinceps ferè du
centi holoserico & polymito uestitu superbissimi satra
pe, etiam suo satellitio stipati per ordinem sequebatur.
Postea eleuatis arundinibus suis Imperatorijs architri
clini, quos Magistros domus uocant, tum & Magnus
Magister, iam comes à Rhodio succedebat solus, quem
proxime armorum rex heraldus, cui à Burgundia no
men est, paludatus antecedebat aureo argenteoq; nomis
mate plenas bulgas (hypoperas alij uocant) ab equi
ephippio suspensas ferens, è quibus ad utraq; uiae latera,
cum inter eundum tum inter redeundū plenis manibus
in plebem spargebat, Imperatoris liberalitatem procla
mans, quæ tunc Imperium, Imperium, Imperium, uiuat

Carolus

DE CORONAT. IMP. HIST.

Carolus imperator catholicus, uicissim acclamabat.
Erat autē nomisma quod largiebatur, Imperatoris effi-
giem, cū inscriptione, CAROLVS V. IMPERATOR
AVGVSTVS. ab una parte insculptam habens: ab alia
uero eiusdem diui Imperatoris sphrageticum signum,
duas uidelicet columnas, in quorum medio annorū Chri-
sti numerus arithmeticis apicibus expressus erat, cir-
cumscriptūq; PLVS VLTR A. Post magnum domus
Magistrum purpuratorū patrū, reverendissimorū ui-
delicet cardinalium coetus, suo cardineo ornatu proce-
debat: sequebantur suo ordine principes illi superius no-
minati, sacri imperij insignia ferentes. Euestigio bea-
tissimus pontifex, atq; à sinistris eius diuus Imperator
diadematè illo sumptuosissimo coronatus, aurea gema-
taq; trabea circuamictus, sed illa supinæstabilis quā
antea diximus propter importabile pondus relictæ, am-
bo eodē sub umbraculo, quod à tribus Venetorū Orato-
ribus, et alijs tribus Bononiæsum patricijs attollebatur,
mirifico decore incedebant. Quos abutroq; latere pon-
tificii Imperatoriq; laterones, cū Hispaniū Burgun-
diones & Germani Alemanniq; satellites longissimo tra-
etu à plebis intercursu constipabat. Acclamabat omnis
sexus, omnis ætas, omnis status, uiuat Carolus, uiuat Im-
perator, Imperii quoq; nomen in cœlum tollebat: tū re-
dolentissima diapsmata imposta thymiaterijs adole-
bat, cyprioq; puluere transeuntes perfundebat. Seque-
bantur proxime à tergo pontificē duo cubicularijs, &
duo alijs ob pontificis in eos fidem ac benevolentia cōspī-
ciui uiri, horū unus illi à secretis scriba, alter uero uitæ

HEN. COR. AGRIP.

illius ualestudiisq; præ cæteris curā agēs physicus atq;
medicus, Imperatori uero proxime succedebat illustris
comes à Nassau, deinde archiepiscopus Barrensis, post
Cauriæsis episcopus, demūq; gñosus simul et reuerendus
Georgius Austrius episcopus Brixießs, postea spectabili
lis uir Nicolaus Pernotus dñs Gradiuallis, tū spectabilis
dñs Michael Maius, Imperatoriæ maiest. apud summū
pontificē Orator perpetuus: porro innumerī canonū le
gūq; doctores ac uiri cōsulares, multi etiā ecclesiastici
pceres et prælati. Horū oīm turbā postremo premebat
lōgis ordinibus cataphractorū eq̄tū galeatæ phalāges,
suis signis tesseraisq; distinctæ, ut q̄ marchioni Ascoleſi,
q̄ comiti à Rhodio, q̄ baroni Antregio, q̄ Viennæ dño, q̄
baroni sancti Saturnini cæterisq; strenuissimis ducibus
pareret, facile internoscerent, quorū agmē auratislori
cis interlucenteshypotoxotæ claudebat. Hac celeberri
ma pōpa pōtifex atq; Imperator ad diui Dñici tēplum
uersus p̄grediebatur. Cūq; mediū itineris ad quingētos
fermē paſsus pariter iā emēsi eſſent, tunc multa honori
ſicētia ſeſe conſalutātes, pontifex benedicēs Imperato
ri, per aliā uia diuertens, cū suis ſtipatoribus ad palatiū
regreſſus eſt, Imperatore ſuis cū ordinibus ad præfatū
templū procedente. Cūq; iā desilijs et equo ad fōres tem
pli, aderant ibi ex urbe Roma in albis ſuis canonici diuī
Ioannis ad Lateranū, q̄ Imperatore qua decuit reuerē
tia excipientes, institutis ad id ceremonijs, in canonicis
Lateranensem adſciuerūt. Tum Imperator diui patris
Dominici ſacrā ædem ingressus, deo gratias agens ada
rabat ad altare, peractisq; precibus ſumpto in caput
diadema

DE CORONAT. IMP. HISTO.

diadematē, paratum iti solium concēdens, assūmēnsq;
in manus cum aurum pomum tum euaginatum gladiū,
multos & strenuos & bene meritos viros equestri or-
dini ascivit, ac aurata militia condonauit. His peractis
rursum concēdens equum Imperator, eadem qua uene-
rat pompa, sed per aliam uiam palatium uersus regre-
ditur. Itaq; iam arcubus & spectaculis omnibus præte-
ritis & perlustratis, ubi ad forum uētum est, extemplo
qui restiterunt ad custodiā supra octo milia delectae mi-
litiae cum Hispani tum Germani pedites, sclopetas omes
tum & maiores machinas tanto sonitu fulgurēq; exor-
nerant, ac si Iupiter ipse quicqd uspiam in thesauris suis
fulminum tonitruorumq; conclusum habuerit, id totum
pariter simulq; tunc cœlo demisisset. Præterea persona
bant in cœlum campanæ, tum uero uario genere tympa-
norum, tibiarum tubarumq; nubes perstrepebant. Tum
populus omnis ingentibus clamoribus Imperij uocē in
cœlū efferens, Caroli nomen eiusq; uictorias & trium-
phos inde fessis uocibus extollebat. Omnes supinis mani-
bus gratias agebāt deo, gratulabāntq; nouo Imperatori,
applaudebāt mutuo sibi p̄sis, felicē Carolū Augustū, felicē
coimperatore Italia, felices se se oēs qui cū diem ui-
dissent, exclamabāt. Tum excitati per uniuersam urbē
ignes, turres omes festius facilis et impositis stipitibus
flāmis coruscabant: fenestræ omnes lucernis, tediis & cu-
tiscūq; generis fici lumenis cœlestiū syderū splendorē
uincēbat: suburbia præterea et circūquaq; adiacētes pa-
gi, oppida, uillæ et castella, accēsis in cœlū ignibus dieb
uoclic ægle reddebat, pulsantibusq; cāpanis leticie signa

NEH. COR. AGRIP.

late monstrabant. Nulla species pulchrior, nulla pompa felicior, nullus triumphus illustrior unq; uisus est. Nullus dierum quos annalium uetustas consecratos in literis habet, cuius tam insignis gratulatio, tam effusum gaudiū, tam celebres triumphi cū fuerint tū eſe debuerint, unq; à condita urbe, Bononiensi populo illuxit.

DE R EDIT V IMPERATORIS in palatium & conuiuū solenis apparatu.

HAc magnificentissima pompa inclinante se iam die reuersus ad palatium Imperator desiliens equo, pri-
mum eos qui signa & vexilla præferebant, tum umbras-
culum gestauerant, & alios plerosq; cū nobiles tū ciues
et scholasticos equestris ordinis auratos milites, procre-
auit. Deinde Basilicam amplissimā aulā auratis laquea-
rijs & Babylonicas peripetas matibus suspensam tape-
tisq; instratam, principibus comitatibus ascendit. Cer-
nebantur ibi appensi laquearibus argenti polymixi pen-
siliaq; candelabra, quæ luminosis cereis redolentibusq;
lychnis referta, lumina late profundebat. Conspicieba-
tur ibi etiā extrectus amplissimus abacus, uarij generis
aureis escarijs & poculis, puta lancibus & lebetibus,
œnophoris, amphoris, phialis, scyphis, cyathis, pateris
tragematarijs miro artificio celatis, gemmatisq; cali-
cibus, et id genus epitrapezijs confertus. Ad caput aut
Basilicæ sub aureo conopæo Imperatoris mensa sita
erat, et iuxta non longe altera mensa, qua magnificen-
tissimus Sabaudia dux cæteriq; principes qui coronati-
onis insignia portarunt, recumbituri eſsent. Erat etiam
cæteris

DE CORONAT. IMP. HISTO.

cæteris principibus ac prælatis primoribusq; satrapis
suspēsa peristromatibus & instrata aulēs, sui q; abacis
& mēsis magnifice parata cœnacula. Iam hora aderat
conuiuij, & instructis mensis accūbebat summū thronū
Imperator, ac deinde per ordinē cæteri principes suas
mensas accūbunt. Dantur aquæ manibus, et solenni Ora-
tione mēsæ benedicitur. Tunc primores satrapæ (Dapi-
feros idcirco uocant) præcuntibus cū suis scipionibus ar-
chitriclinis, argenteis canistris panē, & auratis patinis
uaria tuceta, leucophaga, frictellas, tortas, & quicquid
præclarū ars Apitiae ex cogitare potuit, inferūt. Deinde
secundis mēsis grādioribus lancibus exquisitiſſimas per
ordinē epulas copiose apponunt, aſſa, elixa, iuſculenta,
frixa, paſtilia, promulſidaria, pultaria, crufculenta,
aliaq; lautiſſimorū eduliorū ḡha ſapidiflum ſuccorum
multijugis condimētiſ ſuffuſa, multa quoq; ſupra appe-
tentiam diſcumbentiū magnificētiæ cauſa illata ſunt.
Porrò tertij mēſis q; cœnā clauderēt, uariega ta coqui-
narijs artificijs multarū figurarū tragemata bellariaq;
m̄niſtrabantur: nec deerāt toto conuiuio uarij ḡnis ge-
neroſiſſima uina, ſtabatq; præſto pincernæ, pocula ſin-
gulis pro libito ingerentes, propinatoresq; ad oēs epu-
las & pocula prægustabāt. Illud quoq; magnificæ libe-
ralitatis ſpectaculū multis admirationi ſuit, q; post ſin-
gulas dapes leuatæ mappæ & mantilia, una cū auratis
argenteisq; patinis & lancibus, cūq; cibarijs à fenestris
in forū præda plebi proiecibātur, ſtructoribus interea
alia ſupra alia imponentibus. Cumq; iam absolute eſſet
cœnia, dilutis pro more odoratiſſima aqua manibus,

HEN. COR. AGRIP.

remotis mensis, iterum solēnibus precibus redditæ sunt
Deo gratie. Tunc Imperator accepto in manus sacro
gladio, plurimos rursus cū nobiles tum consulares uiros
ad equestris ordinis honorem dignitatemq; prouexit.
Magna deniq; parte noctis transacta, principes singu-
li consalutato imperatore, ad sua diuersoria cubitum fa-
cebunt, populo Bononiensi adhuc pluribus florulentis
diebus ignitisq; noctibus festiuitatis celebritatem iuge-
ter continuante.


TOTIVS OPERIS PERORATIO.

Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan: Illa enim qua-
oibus horis omnium uotis indefessis precibus semper
optauimus, illa inquā feliciſsimi dies tandem nobis illu-
xit. Coronatus est Carolus V. Imp. semper Augustus, cu-
ius in Italiam aduentum mox pacati hostes, discessum ab
armis, cōposita bella, confederati principes & respu-
blicæ, sedati tumultus, reuocati in cōcordiā factiosi opti-
mates, totaq; Italia post tot armorū miserrimā afflitti-
onē à grauiſſimot yrānidis iugo uindicata, & uera Im-
perij luce recreata securitati & libertati restituta est.
Sola Florentia restat armis & obſidione cincta, que (ſi
summi pontificis prætenſa iura paterentur) ipsa quoq;
Imperatoris nutibus lubentissime obſequeretur. Ceteræ
omnes Christianæ nationes tāti Imperatoris, aut pietate
deuinctæ, aut metu quietæ sunt. Quem principē di-
uinitus constitutum & ab ipso deo repertū, uocatū, ele-
ctū atq; miſum ad hoc ampliſſimū Imperiū moderan-
dū uidemus. Cuies gloria humanū modū supergressa,
ipsaq; rcrū gestarū inſperata magnitudo, et mimicorū

ſuoriſſe

DE CORONAT. IMP. HIST.

suorum uictores exercitus diuinitus profligati testantur, quia non est alius princeps qui habeat sic appropinquantē sibi deum, sicut adest illi dñs deus noster: quo auxilio iam diuinare audemus, non nisi nouum & ingens maiusq; miraculum secuturū: nullū aut̄ maius neq; reipublicæ Christianæ salubrius euenire poterit, q; quod sublatis quæ circa religionē nostrā in Germania factio-nes graſſantur expurgatisq; & extinctis prauis erro-rū opinionibus: (quod in proximis istis Germanorū co-mitijs cū diuino cōſilio tū Imperatoris obsequio futurū certo speramus) ecclesiæ catholicæ pacē trāquillitatēq; restituat. Deinde etiā has suas prouincias, licet felicissi-ma pace fruētes, aduentū numinis sui illustret reddatq; feliciores, quo sic tandem pacato orbe Christiano, unani-mi principū & popolorū consensu contra immanissi-mos Turcas Christianæ religionis sanguinarios hostes, uictrices ferat aquilas, fauēte deo optimo, maximo, & ter-no. Quē nos supliciter, obnixe et indeſinenter, omniq; uotorū nūcupatione precamur, ut Carolū V. optimū hu-manī gñis Imperatore Augustū, in longissimos annos nobis & posteris nostris (neq; uero illi melius quicq; optare possumus q; quo fruimur ipsi) semp felicissimū, inuictissimū, triumphatorē, cōseruet et augeat, utq; oīa ſibi pro desiderio diuini animi ſui, quo noccre quidē ner-mina, prodeſſe uero oībus uelit, ad incrementū Christianæ religionis, imperii amplitudinē, & noīs gloriae q; im-mortalitatē prospere felicissimeq; ſuccedat. Et nos oēs & optimofelicissimoq; impatore, obediētia, fide, grati-itudine, dignos reddat et diuitissime frui cōcedat. Finis,



H E N R I

CI CORNELII AGRIPPAE IN

triumphalem Caroli Cæsar is coro-
nationem Epigramma.

Roma tuus fileat Cæsar fileaniq; triumphi,
Et quæ testantur pæg mata facta ducum.
En quid miramur Graios iuuuenemq; potentem,

Quem merito magnum secula prisca canunt?

Maius habet terra s numen, maiorq; triumphus,
Maius & imperium, gloria, fama, decus.

Dij s genitus, pietate nitens, iuuenilibus annis
Carolus, & bello clarior atque toga.

Arma mouet Gallus, Heluetica corda retundit,
Et tua nil trepidat tela Britanne ferox.

Eridanus croceo decurrat sanguine, T ybris
Illachrymat, Rhodanum tristior unda premit.

Vos etiam Ligures & Punica littora, Iberum
Quam nocuit sero hunc uos coluisse deum.

Nec modo Christicolas, uerum Garamantes & Indos,
Arctosq; sunul continet, urget, habet.

Ergo age qui solus, qui uictor in orbe triumphas
Carole, subiectis parce, superba domans.

E I V S D E M E P I G R A M M A A D
Flamineam Bononiam.

Quid modo te Memphis laudem, tantumq; labors
Aßyrq; & quicquid septem miracula mundi
Corda ciere uirum, doctosq; ad carmina uates?
Nil modo Nil iaci fuerint, quandoque Quirites

EPIGRAMMATA.

Sola triumphales modo digna Bononia laudes
Sola refers, quantum fulgentia sydera terris
Vrbibus in cunctis præcellis uertice, tantum
Te propter Musæ Latium, te propter eandem
Pallas, & afflati diuino numine Phœbi
Incoluere simul legum & ueneranda potest as.
At modo Cæsar adest, trepidat quo numime mundus,
Cæsar adest, meritos præbes tu sola triumphos.
Quum multi sua fata lugent, quum latus Iberus
Desfluit, ac Renus Romanaq; moenia sumant,
Heluetijq; latent bellacia pectora Martis.
Tu modo captiuos proceres, Gallumq; subactum,
Innumerosq; alios, quicquid uel Indica tellus
Continet, ad Mauros ostendis læta triumphos.

EIVSDEM ALIVD EPIGRAMMA IN persona Caroli Cæsaris.

Carolus ille ego sum quintus hoc nomine Cæsar,
Natus ad imperium, Romana ut sceptra tenerem.
Est animus fessas mutasq; reponere leges,
Iura tribunorum, fasces, prisca nitor,
Patritios reuocare uiros, sanctumq; senatum,
Reddere primo Capitolia prisca nitor,
Oppresos releuare manu, frenare superbos
Consilijs armisq; meis, iurisq; uetusti
Legibus, & ueterum seruato tramite morum,
Omnia in antiquam correcta reducere pacem.

EIVSDEM EPIGRAMMA IN IMAGINEM CAROLI EQUO INSIDENTIS.

Carolus Augustus belloq; & pacet triumphas,

EPIGRAMMATA.

Quantum pugnaci conspiciendus equo
Audet & infreno sese committere cursu,
Hæc docet artifici picta figura manu.

EIVSDEM EPIGRAMMA IN PERSONA MERCURII OLIM CÆSARIS CANCELLARIJ.

R Exerat imperium Cæsar felicibus astris
Inter mortales cum mihi uita foret.
Omnia tunc superum nutu testabitur omnis
Hostis, qui contra duxerat arma deos.

Dij s nunc iratis reuocatus ad æthera coelum
Appetimus, mirum ni modo cuncta ruunt.
EIVSDEM EPIGRAMMA IN EMBLEMATE NOBILIS DOMINI ROSEBALDI.

T Ristitiam Alecto, curasq; Megera, sed atrox
Omnia Ctesiphone suspicione ferunt.

Nox Acheron lachrymas, prudens obliuio & unguem
Opponit, picta hæc Gallica uerba monent.

IN IDEM ALIVD EIVSDEM.

C Vncta modo Alectoq; Megeraq; Ctesiphoneq;
Moestitia, curis, anxietate ferunt.

Nox Acheron lachrymis, prudens obliuio & unguem
Opponit medium, ut Gallica lingua monet.

HILARII BERTYLPHI LEDII EPIGRAMMA AD D. BERNHARDUM PALTEMERIUM,
reuerendissimi cardinalis Campe
gij apostolici legati, œconomum.

Q Vid rogo portendit nimium iam pomiser annus,
Vix tot habet frondes mala quot arbor habet,
Agrippæ: quid heri uisus Bernhardo cometess?

Multo.

EPIGRAMMATA.

Multorum, ille: sed hic, unius interitum.
Cuius at interitum? si non est Cæsar is, ut sit
Quantumvis magni principis, exiguum est.
Exiguum est fateor, si non et principis huius,
Quos sibi pontificem sospite Cæsar habet.

EIVSDEM HILARII IN CANEM
Agrippæ, cui nomen erat, Filio-
lus, Epitaphium.

Hoffpes, Filiolus quod eram, ter amabile nomen,
Quod mihi Filiolo nobile nomen erat,
Non mirum: dominus me famigeratus amabat
Agrippa, ingenij cognitor ille mei.
Quippe cui haudquam rationis inanis habebar,
Cui tam gratus eram, quam bene fidushero.
Particula est homini, diuinæ cœlitus auræ,
Magna mihi humanae portio mentis erat.

ALIVD.

Hic hoffpes tibi Filiolus iaceo Agrippinus.
In uita tantum non homo, morte canis.

ALIVD.

Filiolum dominus me quer Agrippa uocaret,
In causa est, memori mente minister eram,
Atque adeo in cunctis fueram paulominus, id quod
Natus patri etiam, non modo seruus hero.

ALIVD.

Quis neget esse animum et quoddam diuinus istis
Ingenium canibus, qui comitantur herum.
Qui dominum toties a graffatore tuentur,
Testem Volcatij quis neget esse canem?

Quippe

EPIGR A M M A T A.

Quippe à suburbano rure Asturcone reuertens,

Nonne animam dominus debuit ille canis?

Testis item Licij cantatus Iasonis alter,

Quum post fata sui iam nihil eſſet heri.

Ille senatorij neque Cælius ordinis eſſet

Cæsus ab armata, ni canis ante manu.

Sit paradigm a etiam tibi nobile, regia coniunx,

A cane Consyngē dilacerata suo.

Res mira est, potuit non agnouisse puellam,

Quam canis uxorem nouerat esse prius?

Forsitan haud uisa est illi, quum scilicet uxor

Lasciuo nimium luderet usq; ioco.

Quid memorem Populi Romani astante corona

(O quam spectata est digna canina fides)

Corpus ut extinctum domini, moesto ululatu

Ad proiecta canis detulit oracibum.

In Tyberim natitans ter sustentare cadauer

Conatus. Tanta est Romule bruta fides.

Pro domino pugnant soli, sua nomina soli

Agnoscunt memorcs, plus elephante canes.

Quod si adeo insertis magna experientia paruis,

Vis tanta ingenij si uel araneolo,

Disceptator item superat si Gryllus Vlyßem

Plutarcho, solidæ nec rationis eget:

Cuius, si qua alijs, quota pars animantibus, et si

Præsertim canibus, particula illa catis

Agrippæ cuius hic habuit paulominus aſſem

Vniuersaliam humanae, si modo mentis habent.

ALIVD.

Quis

EPIGRAMMATA.

Quis mage Filiolo famulus dextraq; sinistraq;
Obsequio & memori mente sequutus herum?
Quis quam Filiolus fido plus corde sodalis
Atque comes domino, quam fuit iste suo?
Ecquod præsidium haud temere corrumpitur aequo,
Quod minus obsonij querit, atque stipis?
Filiolus, reduci comes huc illuc abeunti
Plane individuus nocte dieq; fuit.
Quid quæso excubijs inconniuentius unquam
Filioli obseruat per vigil ut dominum.
Quo propulsata est maiore iniuria nixu,
Quis potius dominum quo teneatur habet?
Filiolo domini nihil unquam ut amantius uno,
Sic & in hoc constans semper amore fuit
Filioli, domino nil contra ut amantius uno,
Vni & in hac summis, nunc ita morte dolor.
Vsque adeo agnouit perfectum illius amorem,
Hæc cynico ut faceret carmina digna tapho.
Nempe creaturæ naturam insignis amanda
Duxit, & eximium uel canis ingenium.
Plures Janè homines, quis nil ingratius unquam
Terra tulit, digni uita & honore minos
Quam canis hic noster, cui non sine nomine nomen
Filiolo, Grylli cætera uultu homines.
Heu obijt domini monumentum hoc fiat amoris
Vanæ haud gloriolæ, sic aberit Nemesis.

Hila

EPIGRAMMATA.

HILARII BERTVLPHI LEDII IN GE-
nero sam dominam lanam Loyfiam Ty-
tiam Gebennensem, Henrici Cor-
nelij Agrippæ coniugem.

QVum Veneris Iuno cingulum sibi posceret, in que
In sit amabilitas omnis, & omnis amor;
Id quod amatori uice posset ferre maritō
Arctius amplecti, quo petit una suum.
At Venus, hoc alia sub queru collige sodes
Illius ha nunc copia nulla mihi est.
Quin petis hac una præstantes dote Gebennas,
Quas Rhodanus latas abluit inter aquas?
Henrici est mihi præsignis Iana Loysæ,
Agrippæ coniunx, quemodo ceston habet.

REVERENDI P. MAGISTRI AVRE-
LIJ ab Aqua pendente, Augustiniani.
epigramma ad eandem.

C Vrarum Agrippæ requies tu Iana Loysæ,
Delitium sola es solatiumq; tui.
Cui Venus & Charites pulcher rima dona dedere,
Quæ tibi Pierides contribuere simul.
Quàm merito doctum tibi cœlica numina uatem
Fatidicumq; simul contribuere uirum.
Doctrinæ hic specimen, Veneris tu gratia magna,
Vndiq; conueniunt gratia, flamma, fides.
Eia age, ardenter ardens completere uirum,
Pergé & amplexu delitiare precor.
Oscula iunge simul fidißima pignora amoris,
Quo tibi perpetuus concelebretur honos.

EPIGRAMMATA.

EIVS DEM AVRELII IN EAN-
dem disiunctam, epigramma.

LAudarunt alij formam, quam Iana Loysæ
Egregiam superi contribuere tibi:
Ille pudicitiam fert pleno carmine. Pallas
Inquit, uiue mihi docta Loysa diu.
Et quis non mores, & grandia uerba, modumq;
Et genus, & Chariten concelebrare uelit?
Impia parca nimis, nimis heu uiolenta quid ausa es
Diuimum hominibus surripuisse iubar?
Vos superi retinet animum, retinet Loysam,
Iana quidem digna es nectare & ambrosia.
A D E R V D I T I S S I M U M V I R V M
Henricum Cornelium Agrip-
pam Decastichon.

VT tua Corneli Pallas, tua maxima uirtus
Afflat Apollineo pectus amore meum,
Non aqua, non ignis nostro sic utilis æuo,
Ut sunt Pierij saëdera sancta gregis.
Luminibus sero sors obtulit inuidia nostris
Tot bona, tot nobis interiere dies.
Corrigitur dulci iactura grauissima fructu,
Est uetus à longa mos properare mora.
Tarda sibi ualidas acquirat gratia uires,
Vincamus stabili tempora prisca fide.
M A R I V S C E L S V S C O L E N T I N V S .
CUrsyluastraxisse ferunt, cur flumina fingunt
Orpheo, Threicio detinuisse sono?
Tartarcosq; deos fidibus mouisse canoris,
Eumenidaq; seras, tergemimutq; canem:

EPIGRAMMATA.

Saxa Cytheronis Cadmea im mœniis dicuntur

Quare Amphionia sponte coisse lyras?

Agrippæ facunda docet te pagina lector,

Quæ posset matres flectere Strimonias.

Præterea Oceani fluctus tibi monstrat aheno

Exiguos clausos, parvulus iste labor.

HILARII BERTULPHI LEDII HEN

deca syllabi ad Alardetum canonico-
cum Gebennensem.

SOlo nomine iam recens Agrippæ

(Alardete tuis decus Gebennus)

Audit o mihi, protinus per omnes

Iuro numina sanctiora musas,

Vero uerius esse, quod bonarum

(Sed si quis bene norit his abutit)

Nugaram cecinit parens Homerus,

Ιαπός τὸν ἄντερ, ut inquit, εὐρὺ πῦρ

Ἐσὶ ἀντέξει, addiditque πολλῶν.

Ausim huc addere nunc et ipse, πάρτων.

Sed quum nobilitas libens Agrippam,

Quanguam nobilis est sat ipse per se,

Facunda mihi buccinatione,

Vtque ars, cura, fides, pares in illo

Cercent colligunt: ingenii genique,

Vi præstans, adeo boni feratur,

Ne miseca la quis uetusiora,

Nec cantet medicos diu celebres,

Hinc sint, Hippocrates abi, Machaon

Grandi cum Podalirio facebat,

K

TANDEM

EPIGRAMMATA.

Tantum non simul ô Apollinare
Hinc te numen ad insulas beatas,
Maternam nisi mens adire Delon
Legarem, nisi tam potens præcesses,
Ex æquo medicisq; uatibusq;
In quis omnibus emicans Agrippa est.
Ce tu sydera cum minora condis,
Nedum uel superat uel æquat omnes,
Modis omnibus & recentiores,
Modis omnibus & uetustiores.
Da mihi secula iam recentiora,
Cerno bis medicos beatiores
Iam Copus, Linacrus, Ruelliusq;
Adsurget (mihi dictat hæc Apollo)
Cedet mirificus Leonicenus.
Adsurges (præit hic Apollo uati)
Quin dicam omnia? docte cum diserto
Cedes Symphoriane Marliano.
Cantet non Italus Leonicenum,
Non Anglus Linacrum, nec ipse Copum
(Erasmolice audiente dicam)
Germanus meritolice celebret
Imprimis alias, nec ipse iactet
Gallus Campegium Ruelliumq;
Si qui sint alij super sedendum est,
Iis quos barbaries recondit atra,
Etdamnat tenebris latebricosis,
Et damnat latebris tenebricosis.

ALIVD,

EPIGRAMMATA.

ALIVD, EIVSDEM.

A Lardete sacris decus Camœnis,
Quidam nunc mihi uellicauit aurem,
Non augur tamen is potens Apollo,
Pontam putat hanc recentioris
Sublatam mihi clausulam poëtæ,
Me furem mage (si placet Laueruæ)
Me clamat mage, non Lauernionem.
Non ausus plagiarium uocare.
Credo nec libet id licet, liceret
Nec forsitan licet id, licet liberet
Ut barbasculus undecunq; uates.
At ô despeream miser, miserq;;
Ceu fur emoriar, probatiores
Vnquam si mihi contigit uidere
Pontani hendecasyllabos poëtæ.
Iurato mihi credit ille nunquam.
Atqui quid uerat impeditq; uates,
Vnum quo minus ac subinde uersum,
Quem doctus cecinit Catullus olim,
Quem nuper bene condidit Marullus,
Germanus canat hinc & inde Gallus,
Quis est ingenij nihil negatum?
Sed nunc quo faciam satis superq;;
Moro so tibi tam probe diserto,
Non ipsi mea iam minus probatur,
Quim Pontanica mi placet coronis.
Quo circa tibi concinam libenter,
Non dicam tenebris latebricosis,

EPIGRAMMATA.

Adfectans duplicabilem tropiscum:
Sed dicam tenebris Lupoldianis.
Quod si nec placet hoc nec adlubescit,
Gingolphi potius uel Ortuni.

ALIVD.

Quid misuggeris ô Apollo? dixisti?
Præstanti omnibus & modis Agrippa
Cedet mirificus Leonicenus?
Nec uictoris, nec triumphus ipsum,
Nec præferre potest λίων & νέκη.
Quid Nice: heus ô Apollo crimen ingens
Per Musas capital Apollo noster
Nice est grandior hæc Leoniceni,
Hæcque syllaba, quam breuem sonabas,
Longæ longior intonante Græco est.
Græce nescio, sat scio Latine.
Olim Græcus eram, nec ut Latinus
Esem cura fuit, satis disertus.
Sed nil præterea sat id putaram,
Ac oracula cum darem Pelasgis
Primo, dein Latijsq; barbarisq;
Respondere nisi perinde Græce,
Cortinae, tripodesq; Phœbadesq;
Sed quo nunc resipiscerem pudore
Adfectus roseo, frequenter ad nos
Musæ me quoque tunc sagaciores
Oratum undique principes Latini
Misere eloquij uiros disertos.
Et quid dissimulo? meis utrinque

EPIGRAMMATA.

Plane ludibrio fui Camœnis.

Audiui innumeros, sed ut potentis

Callentem modo spiritus Erasmus

Et Græcè simul & simul Latinè,

Idq; examine semper æquilibrij.

Agnoui attonitus stupensq; & ore

Vt suspensus in audijs rotundo

Hinc sacra, inde prophana diſſerentem

Crebro quām sacra quām prophana mistim.

Mox inceſſit Apollini Cupido

Imprimis Latialiter loquendi

Hinc discens studiosius Latine,

Et cura mage pertinace Græce

Penè didici, tibi ne mirum id?

Nec mirum mihi, si subinde lapsus,

Si tempuscula syllabæ quod aiunt.

Quid quæſo hac morula magis minimum?

Craſſa conduplico ſupinitate,

Et nostri ueniam dabant magistri,

Quis parui Paracletus eſt momenti

Momenti. Quid Apollo, dic quid hoc eſt?

Mirum, iam quoq; lapsus es Latine.

Mi quamuis faciles & hoc Magistri

Condonant, tamen id putate factum

A me composito, ut uidere diſcant,

Quantum id quod prætiosius legentes,

Summum temporis interim tonantem

Quo fraudant magis indies in horas,

Cuitam spiritus eſt brevis per illos.

EPIGRAMMATA.

At maior mihi nunc uolo triumphus
Et uictoria sit Leoniceni.
Quinquam nolo mei sit hac Agrippæ
Aut præstantior, aut magis celebris,
Ni quamuis rapui, tamen Latinè
(Graiorum crepidae crepent licebit)
Vt Prudentius, Idolon, libenter:
Dicam, si non placet hoc, tamen licenter,
Cur Graij Latio disertiores?
Tandem non id Apollini licebit?
Quòd si non facit hoc satis peritis,
Quis non syllaba res minuta paßim
Et magnis quoq; digna res magistris.
Hic præstare habeam sat est utraq;
Iam nunc deniq; quid necesse noui.
AGræca simul & simul Latina
Constans, altera ut alteri nocere
Ne posset, studiosus auspicio bor.
Sic sic utraq; condocenda lingue est,
Sed non mi faciles erant magistri.
At si nunc hominum deūmq; sollers
Sum consultus, ut eligam disertum
E multis mihi milibus magistrum.
Erasmus lego, siue Capnionem,
Maius sum quibus ipse conspicatus
Nil surgens, medius, cades' ue. Vterq;
O quam Nestora uincit eloquentem,
Si tam Nestora uinceret Triseclim
Parcarum uerat quod malarum.

His

EPIGRAMMATA.

His uitam sed AGRIPPA prærogabis.
Atqui dum studijs laboriosus
Sacrīs inq; peditus est uterq;,
Eheu semper uterq; non leones,
Sed Leos habet hinc, & inde stygas
Rudenteis magis atq; rugientes.
Et Germania nunc habet disertos,
Vix dum me iuuenes adultiores,
Vix dum flore genas reuestientes
Formandum his potius libenter ipsum
Summittam modo me, meumq; plectrum,
Quo, si conficeri queat, senectus
Ut par est, uenerabilis quiescat.
In promptu datur ecce uel Melanchthon,
Offertur Sapidus'ue, Listrius'ue.

T A M Q

1851. — The author has
written a history of the
United States, which
will be published in
two volumes, one of which
will contain the history of
the United States from
the time of its formation
to the year 1850, and the
other will contain the
history of the United States
from the year 1850 to
the present time. The
first volume will be
published in October,
and the second in November.
The author has also
written a history of the
United States, which
will be published in
two volumes, one of which
will contain the history of
the United States from
the time of its formation
to the year 1850, and the
other will contain the
history of the United States
from the year 1850 to
the present time. The
first volume will be
published in October,
and the second in November.

JOHN

THE

EVANGELIST

THE

WITNESS

TO

THE

REDEMPTION

OF

MANKIND

BY

CHRIST

OUR

SAVIOUR

AND

REDEEMER

OF

THE

WORLD

THE

WORD

OF

GOD

THE

SON

OF

THE

FATHER

www.books2ebooks.eu